

qua relatione originis; ergo nulla relatio est formaliter infinita; & hoc patet ex ratione perfectionis simpliciter, quia secundum Anselmum. *Morol. 15. (a) Est illud quod in quolibet meo; est ipsum, quam non ipsum;* non autem potest relatio esse simpliciter nobilior suo opposito; quia relativa sunt simul natura. Quando ergo agitur: essentia divina est infinita, paternitas, vel relatio divina est essentia; ergo paternitas est infinita: est figura dictionis, sicut arguendo sic: deitas intelligit; paternitas est deitas: ergo paternitas intelligit. Et ratio huius facta est frequenter in primo libro, quia in abstractis bene potest esse predicatio identica; ubi autem predicatum est adiectivum non potest esse vera, nisi sit formalis. Si ergo major vera est formaliter; vel identice, non curio; & minor est tantummodo vera predicacione identica inferendo conclusionem, que non potest esse vera nisi formalis per adiectionem, utpote quia predicatum est aliquid adiectivum; in illa iunctura interpretor identicam predicacionem, minoris esse formalem, quia non potest inferri conclusio illa, nisi talis fuisset predicatio in minori. Et in illa interpretatione, que fit inferendo conclusionem est commutatio, sicut inferens ex premissis; Sortes est homo; & Plato est homo; ergo Sortes est Plato; interpretatur fuisse hominem hoc aliquid in premissis, quia aliter non posset inferre conclusionem ex premissis, & ideo quale quid commutatur in hoc aliquid. Sic in proposito essentia est infinita, est predicatio formalis, paternitas est essentia; est predicatio tantum identica; si iteratur paternitas est infinita, non potest esse predicatio, nisi formaliter; & illa non sequitur, nisi interpretando predicacionem in minori, que fuit tantum identica, esse formalem; & per consequens non sequitur, nisi commutando predicacionem identicam in formalem.

QUÆSTIO III.

Utrum accidentia in Eucharistia possint habere quancumque actiorem; quam poterant habere in subiecto?

Arguo quod non, duplici via. Primo, quod nullam omnino. Secundo quod non eandem. Ad primam conclusionem arguitur sic: Destructio priori essentialiter destruit posterius. Prius essentialiter est esse, quam agere: esse accidentis est inherere; ergo de destructo inherere accidentis, destruitur omne agere ipsum. Et confirmatur, quia inherere convenit accidenti; tanquam propria passio eius; agere autem in subiectum convenit sibi contingenter; tunc accidens per accidens. Item, agere per se est suppositi, ut ex 1. *Metaph.* habetur: accidens autem non potest esse suppositum; ergo &c. Confirmatur ratio secundum Boet. de Hebdom. dicentem: *In omnibus citra Deum; differens quo est; & quod est.* Forma ergo que nata est esse quo respectu actionis non potest esse agens: ergo præcise sup-

a B. *Quomodo intelligatur ista definitio, vide 2. dist. 1. & 8. & 1. & 5. qu. quæ.*

suppositum; quod natum est habere illam formam, & quæ, est, quæ potest esse agens. Constat naturæ etiam per se in plura, quia enim anima est quo huius est homo, id est anima non potest esse homo; ita a simili forma que nata est esse aliquid agat, non potest esse agens. Confirmatur tandem specialiter in proposito, quia, scilicet hæc forma quantitas separata, non videtur formam naturalis; quantitates enim separata videtur pure mathematica; sed secundum Philosophum 3. *Metaph. in mathematicis non est finis, nec motus, nec bonum.* Ad secundam conclusionem, scilicet quod non omnis actio possit eis competere que prius, arguitur sic. Primo de generatione dicit Philosophus, quod oportet agens & patienti communi care in materia: sed substantia habens illa accidentia communicat in materia cum aliquo, cum quo non communiatur illa accidentia separata in materia; ergo &c. Item 6. *Met.* arguitur contra ideas Platonicas, quod idea non possit esse principium generationis compositæ, quia est forma tantum, sicut Commentator pertrahit ibi rationem Philosophi, & valde male; ergo a simili in proposito forme illa non possunt esse principium, producendi compositum: poterant autem esse principium quando erant in substantia, sicut accidentia sunt principia producendi substantiam: ergo &c. Item ad principale, si accidentia separata possunt habere omne actionem sine subiecto, quam prius poterant habere in subiecto: ergo species intelligibiles separata ab intellectu, & caritas & voluntas separata, poterunt in eisdem actiones, in quas poterant quando prius erant in subiecto: consequens est falsum, quia tunc species intelligibiles separata possent intelligere; & caritas separata possent diligere & ita utrumque istorum possent esse beatum, vel simpliciter; vel quantum ad aliquam partem Beatitudinis, quod est impossibile; quia nec Beatitudo tota, nec pars eius potest competere alicui nisi nature intellectuali. Oppositum quod in aliquam eandem possunt, quia accidentia separata sunt sensibilia, patet ad eandem: possunt etiam alterare passiva sibi approximata, patet de modica aqua applicata speciebus vini; ergo in aliquam actionem possunt in quibus prius. Quod autem in omnem probatur, quia forma mens eadem in esse, habet eandem virtutem; & per consequens potest esse principium eisdem actionis; accidens separatum manet secundum se idem quod prius; ergo &c.

Hic est opinio (a) quod in actionibus naturalibus forme substantiales non sunt immediatum principium agendi; vel principium proximum activum: sed agunt indistantibus qualitatibus activis & passivis, tanquam propriis instrumentis, ut dicitur 2. de Anima quod scilicet calor naturalis est quo anima agit; & ideo qualitates non agunt in virtute propria, sed in virtute forme substantialis: unde actio earum non tantum terminatur ad formam accidentalem, sed sub-

a D. Thom. in 4. dist. 12. art. 1. quæ. 1. in sol. principi. & quæ. 2. in sol. quæ. 2. Quare Var. quæ. præsentis.

substantiali: & propter hoc generatio est terminus alterationis. Huiusmodi autem virtutes instrumentales recipiunt eo ipso, quod a principis essentialibus substantiis causantur: unde sicut remota substantia idem esse secundum speciem remanet accidentibus virtute divina, ita etiam remanent eis eadem virtus que prius & ideo forte ante poterant intendere ad formam substantialem, ita & nunc. Est arguatur contra hoc, quia nihil agit ultra speciem suam. Respondent, (A) quod propria virtute nihil agit ultra suam speciem, virtute autem alterius, cuius est instrumentum, potest agere ultra suam speciem, sicut ferrum agit ad formam scam. Contra illud, quero, quid intelligitur per hoc quod dicitur in virtute substantiam? quia sive intelligat absolutum, sive respectivum, quero in quo est illud? Si absolutum, quod est substantia, vel aliquid quod est in substantia, cum substantia panis non sit simpliciter, sequitur quod per nihil, sive non ens, accidens generabit, vel virtute nihil. Si intelligat absolutum, quod est accidens vel aliquid in accidente, nihil est ibi nobilissimum accidente, & per consequens non magis potest in virtute talis in aliquid perfectius, quam in virtute propria. Si vero intelligat habitudinem accidentis ad substantiam, ut ad causam priorem, cum ad nihil non sit aliquahabitrado, & panis non sit aliquid ens, sequitur quod per hoc, quod est in virtute, non ponitur aliquid perfectius, & ita idem quod prius. Ex his verbis videtur quod ponat virtutem illam esse aliquid in accidente: dicit enim quod causatur ista virtus instrumentalis in accidentibus, vel quod ipsam recipiunt eo quod causatur a principis essentialibus substantiis: & tunc patet manifeste, cum nihil in accidente sit nobilissimum, non potest accidens per hoc, quod dicitur in virtute, id est per hanc virtutem, in aliquid perfectius, quam possit esse: sed intellectus istorum verborum virtute talis cause, ubi dicta verba locum habent, ad causam esse istam, scilicet quod dicit habitudinem causae inferioris ad virtutem superiorem, seu perfectiorem concurrentem in causando, sicut superior dicitur esse, quod influentia quam recipit agens inferioris a superiori non est aliqua forma tunc causata, sed est tantum ordo determinatus causatum in simul causando. Item; quod non est, nullam rationem cause habet, respectu geniti, quando generatur: patet 2. *Physic. 19. s. Metaph. c. de Causa*, quia causa in actu & effectus in actu, simul sunt, & non sunt. Patet etiam ratione, quia non ens, quando non est, nihil causat in quoque ordine cause: substantia autem non est, quam simul accidens, affectus, & cuius erat accidens: ergo illa substantia nullam rationem cause habet propinque, vel remote respectu effectus causati ab accidente, & per consequens accidens non causat aliquid in virtute eius, tanquam in virtute cause superioris. Item, nihil est causa instrumentalis illius, ad quod sua virtus activa sola sufficit producendum. Patet, si accipitur instrumentum stricte, sicut ferrum & securus dicuntur instrumenta mo-

VEN

ventiamota: talis enim instrumentum non habet de se formam sufficientem ad producendum effectum, sed tantum per motionem principis agentis producit, quod producit. Si etiam instrumentum accipitur secundum alios modos supra politos, scilicet per ut causa interior dicitur instrumentum, vel forma, quam huiusmodi causa recipit per motionem agentis superioris, qua forma agens ad hoc nullum instrumentum per formam suam potest in effectu: respectu cuius est instrumentum: sed necesse est quod ad illum effectum concurrat simul concilians illud cuius est instrumentum: nunc autem accidens per formam suam praeclit sine omni actione substantiae in quodcumque agit, agit: ergo nullo modo agit in virtute substantiae; vel ut instrumentum eius ad alium effectum. Itaque hoc potest argui per principia istorum de instrumento, quod est movens motum: quia accens in opposito non est motum a voluntaria, cum ipsa non sit: ergo accidens non est eius instrumentum.

Dico ergo ad questionem, quod possit poni triplex actio convenite accidentibus. Una scilicet respectu substantiae generatae. Et duae respectu accidentium causandorum. Una intentionalis respectu sensationis. Alia realis in passum realiter habens contrarium. Prima nullo modo potest competere ac idem separato, neque instrumentaltiter: ut iam probatum est, & hoc accipiendo instrumentum pro quacunque causa, sive attingente terminum principis agentis, sive pro causa secunda proprie dicta, sive pro parte, pro qua totum agit, sive pro recipiente tunc totum activum qua agit, sive recipiente tunc motionem solum, tanquam effectum praevisum effectui principali, qui movet accipendi instrumentum patet *supra q. 1. huius quaestio*. In quibus enim illis requiritur, quod illud cuius est instrumentum, concurrat causans in suo ordine causandi. & quod non est, nihil causat in quocunque ordine causandi. Sed praeter istos modos instrumentum dicitur causa praevisiva ad terminum, licet habeat actionem illam dispositivam in propria virtute, & isto modo bene possibile est accidens esse instrumentum substantiae agentis potest causare actionem dispositivam ad terminum substantiae agentis; sed nec isto modo potest accidens esse instrumentum substantiae in proposito, quia substantia que non est, nullam terminum inducit, nec inducere potest in hanc alterationis facta per illa accidentia. Ex hoc patet solutio ad illam deductionem pro illa opinione. Autoritate enim secundi de Anima, non plus concludit, nisi quod calor est instrumentum animae hoc modo ultimo, quia scilicet digerit, & alterat nutrimentum, ut in termino illius alterationis possit esse ipsa generat substantia. Unde sunt ibi duae actiones, & duo principia agendi, quia respectu alterationis dicitur principium agendi esse calor: respectu autem formae carnis producendae principium est anima, vel respectu substantiae instrumentalis dicitur instrumentum respectu sensationis. Unde magis proprie diceretur agens dispositivum, quam instrumentale. Et quando ultra dicitur in deductione illa quod acci-

den

dentis agunt in virtute substantiæ; hoc non sequitur, nisi quia sunt instrumenta: non sunt autem instrumenta substantiæ non entis, quare ex hoc sequitur oppositum. Et quando ultra infert ex hoc, quod a suo accidentium non solum terminatur ad formam accidentalem, sed ad substantiam: hoc reputo falsum, nisi sicut ad terminum terminum, qui nullo modo attingitur per actionem formæ accidentalis, sed ad quem ordinatur terminus; qui attingitur per actionem accidentis. Et cum probatur, quod accidens attingit terminum, actionis, quia attingit passum in quod forma inducitur: substantia autem non potest attingere materiam, tanquam passum, in quod agit, quod non separatur a passionibus virtutis agentis naturalis, ut dicitur primo. De Generatione. Nunc quod hac consequentia non valet, nisi in virtute istius propositionis intellectus, quod omne instrumentum attingit terminum principalis agentis, quæ talis est in proposito. Et cum videtur probari per hoc, quod subdit, quod generatio est terminus alterationis: istud potest duci ad oppositum: non est enim infensus terminus alterationis, sed extrinsecus, & alterius generis, & habet proprium terminum priorem secundum genus proprio termino alterationis. Quod autem habet causalitatem propriam, & æquaturam respectu posterioris essentialiter, non sequitur, quod habeat causalitatem, quæ attingat prius essentialiter: imo sequitur oppositum, scilicet quod non habeat causalitatem, quæ attingat prius essentialiter: et ego eo modo, quo generatio est terminus alterationis, sequitur quod principium alterationis non attingat terminum generationis, nisi mediate, quia attingit quoddam ordinatum ad ipsum. Sic patet ista conclusio, & sit prima quantum ad solutionem istius questionis, scilicet quod accidens separatim nullo modo potest esse principium actionis ad substantiam, & hoc instrumentale virtutis substantiæ, quæ non est. Et iuxta hoc etiam declaratur esse, quod nec accidens conjunctionem potest esse per se attingens substantiam, ut terminum: quia antioritates adducæ de 2. de anima, & huiusmodi non accipiunt instrumentum, nisi pro agente dispositivo.

Et si contra hoc arguitur, quod aliqua forma immediate attingit terminum generationis: sed forma substantialis non: quia non est principium agendi immediate, sed mediate. Concedo primam propositionem: sed secunda falsa est, quia nihil est instrumentum alicuius causæ, nisi superioris causæ. in genere causæ efficientis: ergo si accidens conjunctionem per eos est instrumentum substantiæ, substantia erit superioris agens: sed superioris agens prius naturaliter agit: & si est naturale agens, agit quicquid vel quantum potest: ergo substantia in illo priori, in eodem tamen instanti temporis, in quo agit, ut superioris agens, & accidens agit ut instrumentum eius, substantia producit terminum, quæ non potest producere: sed potest producere totam substantiam: quia per se dicitur substantiæ productæ non excedit perfectionem substantiæ agentis: ergo in secundo instanti naturalis accidens agens non producit substantiam: vel eadem bis producit.

Item,

Item, omnis potentia mere passiva est contradictoria 9. Metaphysicæ. Insubstantia autem non est in potentia contradictoria ad propriam passionem; ergo habet aliquam exaltationem respectu eius, aliam casualitatem materiam: non nisi causæ efficientis: quia non formalis, patet: de hinc autem non est sermo hic. (a) Et videtur, quod oportet eos istud concedere secundum dicta sua. Dicunt enim potentias fluere ab essentia anime, & hic dicit quod accidens habet virtutem instrumentalem, quia causatur a principis essentialibus substantiæ, ita non possunt intelligi tanquam modo passive pro subiecto receptivo. Item, si accidens producit, & per aliquod principium productivum immediate per te, quod est accidens, non loquendo de imminute accidentali in generalibus, & generatis in eadem specie, de qua loquuntur Philosophi; quæro ordinem essentialium in istis accidentibus. Ubicumque enim est ordo accidentalium in generalibus oportet dicit extra totum illum ordinem aliquam causam essentialiter perfectionem, ergo respectu accidentium singularium in specie coloris, de his causam proximam ordinatam ad totam speciem, & eodem modo arguam de individuis illius speciei, & non est procedere in infinitum in ordine essentiali: ergo stabit ad aliquam speciem accidentis, quæ erit causata, & non ab alio accidente, sed immediate a substantia, & per consequens substantia habebit rationem principii activi immediate respectu accidentis. Hoc confirmatur per Philosophum 7. Met. c. 9. in fine, ubi dicit, quod proprium substantiæ ex his accipere est, quia necesse est præexistere aliquam alteram substantiam actu existentem, quæ facit, ut sit animal, si sit animal, quale vero, & quantum non necessarium, nisi potestate solum. Vult ergo quod ad hoc quod substantia fiat, est necesse aliam substantiam præexistere, quæ producat: sed ad hoc, quod quantum & quale producat, non oportet aliquod quantum, vel quale præexistere, nisi potentia tantum: ergo aliquid quod non est actu quantum, nec quale, potest esse principium productivum immedie quantum & qualis. Item 4. Metheororum dicitur: Singulum est id, quod est dum potest in propria operatione, & simile habetur a Damasc. cap. 60. Et licet iste auctoritates habeant instantiam de entibus imperfectis: tamen videtur valde inconveniens, quod ens perfectissimum secundum genus inter creata, creata actione, ita quod totum eius non possit esse principium immediatum & proximum productivum alicuius actionis, (b) Ex hoc arguitur secundum unum principium istorum, quia ista forma est principium agendi, in qua generans & generum assimilantur: sed generatum principaliter assimilatur generanti in forma substantiali, secundum quod autem sibi assimilatur in accidentibus. Nec potest evadi diem, quod ista conclusio formam substantialem esse principium agendi, sed remotum tantum respectu substantiæ, quam respectu accidentis, de quibus

Tota. IV.

Y

pro-

a D. Thom. ubi supra quæst. 77. art. 6. b D. Tho. 1. part. sum. q. 2. art. 5.

procedunt rationes. Hoc non sufficit, quia nullus negat in Deo esse aliquam formam, que sit principium proximum agendi, non quod sine causa intermedium agat, sed quod in suo ordine causandi per nihil medium ultra formam ipsam agat. Ita est in proposito quod tandem probaturum est) quod accidens habeat quandam actionem ad substantiam posteriorem actione substantia: substantia tamen per suam propriam formam est principium actionis sibi proprie in suo ordine agendi. Secunda conclusio istius questionis est, quod accidens non potest esse principium effectivum generandi substantiam principaliter: haec probatur, Omne agens totale, vel est univocum, & ita aequo perfectum productum, vel aquivocum, & ita perfectius: accidens est omnino imperfectius substantia: ergo &c. Dicitur ad hoc quod aliquod agens aquivocum potest esse ignobilius suo effectu, sicut albedo respectu intellectionis albedinis, & sicut Commentator recitat de Galeno super illud 7. Met. de illa virtute, quam vocat divinam, que est formativa iectus, & tamen non est simpliciter nobilior factu formato, si est accidens, si similis difficultas potest esse de quocunque vivo generato per putrefactionem, quod est nobilior caelo, a quo generatur: Contra hoc; licet ista propositio (simpliciter imperfectus secundum speciem vel genus non potest esse totale principium actionum respectu per se totius) sit mihi aequo nota, sicut aliqua in philosophia, qua negata necesse est probare aliquem ordinem entium immo nec quod primum ens esse perfectissimum, immo potest protrahendo dici, quod totum universum; & quodlibet in eo factum est a musca. Si enim arguas, quod musca est ita imperfecta, & tu idem dicis quod imperfectus potest producere perfectus, habito hoc nulla est ratio, quare non sit imperfectus potest producere aliud sic perfectus. Nec ista protervia posita potest probari, quod prima causa sit perfectissima excellens omnia alia in creatione: Nec etiam hoc addit, quod sit causa aquivoca, immo cum hoc potest stare secundum proterviam istam; quod esse imperfectissima, vel imperitior causatis; tamen probatur dictam propositionem aliquatim.

Primo sic: Causa univoca habet effectum univocum pro termino adequato suo potentia; sed per te causa aquivoca totalis est imperfectior causa univoca; ergo impossibile est causam illam aquivocam esse causam totalem respectu ipsius effectus, & sic Deus non potest facere effectum cuiuscunque creaturae, quod est absurdum. Patet consequentia, quia effectus adequatus potentia perfectiori nullo modo potest esse a potentia imperfectiori.

Secundo sic: Ubiqueque ad productionem eiusdem effectus concurrunt causa univoca, & aquivoca: aquivoca est simpliciter perfectior. Patet per Philosophum 7. Met. propter hoc enim oportet totum ordinem accidentalem reducere in aliquam speciem essentialiter superiorem in causando; quia diformitas uniformis oportet quod reducat ad causam uniformem; & idem omnibus generabilibus, & corruptibilibus oportet esse aliquam causam superiorem, que sit causa uniformitatis in continuatione generationis, & corruptionis. Ex

hoc

hoc habeo istam propositionem, quod ubi ad idem concurrunt causa univoca, & aquivoca, aquivoca est perfectior: sed quod non potest esse sine univoca, hoc est aliquis imperfectior in ipsa aquivoca. Patet, Deus enim potest sine causa univoca; sed Sol non potest in animal perfectior, licet possit in imperfectum; ergo quocunque aquivoca sola sine univoca potest in effectum, ipsa est simpliciter perfectior, quam illa aquivoca que possit concurrere cum univoca ad idem causandum, & per consequens aquivocatio talis habet duplitem praevinciam causalitatis super effectum: unam quam habet universaliter aquivoca concurrere cum univoca, & aliam: quia habet illam perfectionem, quam univoca adderet in causando, qua daret multae cause aquivocae, licet longe perfectiores univocis.

Tertio sic, si forma causa aquivocae daret esse formaliter alicui, non possit dare esse simpliciter perfectus seipsa; ergo si imperfectus quam formaliter daret alicui esse, non potest per dare perfectus se ipsa; sed datus esse alicui, dat ei esse modo imperfectiori, quam dandi sibi formaliter: non enim est possibile, quod aliquis modus dandi aliquid esse sit ita perfectus, sicut dandi illud esse formaliter, sicut nec essentia divina potest dare esse a se in quocunque genere causa perfectius, quam sit esse, quod ipsa dat formaliter.

Quarto sic, si causatum sit simpliciter perfectius, licet sit simplex, tamen secundum istum intellectum potest dividi in duo, scilicet in illud in quo aequatur cause, & in illud in quo excedit causam. Primum dicitur, A, secundum, B, illi effectus secundum, A, precise est effectus adequatus causa sua; quia simpliciter aequo perfectum eius sicut causa; ergo, B, vel erit a seipso, vel a nullo; quia ab A, ut ab ipsa causa non potest esse: nam ultra effectum adequatum cause, non potest esse simul aliquid excellentius ab ipsa, & hoc ratio potest accipi ab Avic. 6. Met. sua.

Dico ergo, quod propter nullas instantias particulares neganda est ista propositio universalis, que nota est ex terminis, quod totale causans non potest esse imperfectius causato suo, loquendo de causa effectiva; & quod totale causans aquivocum est perfectius, quia non aequo perfectum; species enim se habent, ut numeri.

Illa autem instantia de albedine & ejus intellectione nihil valet, ut patet ibi: r. distinct. nisi quod per illud argumentum probatur, quod albedo non est causa totalis intellectionis, sed tantum partialis. Unde bene possibile est effectum excellere talem causam in perfectione, quia reliquam perfectionem habere potest ex causa reliqua partiali, & ita a duobus simul perfectior est, quam ab altera illarum, sicut dictum est ibi.

Secunda instantia, & tertia, que vadunt ad educationem vel inductionem anime in viventibus, & hoc sine a propagante, sive in putrefactis, ubi quasi eandem reperto difficultatem, habet solus libro 2. dist. 18. & est quod non apparet; quod aliqua causa creata potest inveniri nobilior anima, que terminat talem generationem; prius etiam concedendum, quod ipsa immodice est a Deo, quam ista

Y 2

por.

propositio jam probata negaretur.

Tertia conclusio fit de illis duabus actionibus in sensum, & intellectum, quod ad intentionalem, & in contrarium quo ad realem, & sic huc: Accidens separatum saltem eo modo quo qualitas tercia sociata est hic separata, scilicet sine substantia, potest esse principium utriusque actionis, eo modo quo prius, & hoc quantum est ex se; quare hoc additur, parebit in isolatione dubitationum sequentium. Hanc proba sic: Causa utriusque actionis aliqua forma est totale principium activum, illa si esset per se sub modo convenienti ad agendum posset esse principium ejusdem actionis; sed qualitas est principium, & totale & formale utriusque actionis prædicte: quando autem est separata a substantia, est tamen in quantitate, ideo habens extensionem, sicut ante separationem a substantia, ideo manet sub modo convenienti ad agendum, qui est modus extensus; ergo hoc. Major patet, quia totali principio posito, & sub ratione, sub qua natum est esse principium, potest principiari illud, cuius ponitur principium. Minor probatur uno modo sic, quia nihil auteretur nisi firmius per hoc, quod per se est sine subiecto: illud enim non tacet cum ipsa, nisi unum per accidens: sed per se principium agendi in uno ordine est per se unum: ergo ablatio illius subiecti nihil auferet de per se principio agendi.

¶ Sed istud non probat, nisi quod subiectum non habet per se rationem principii in eodem ordine cum accidente.

¶ Sed non obstat, quin possit esse per se principium agendi ejusdem actionis, in alio tamen ordine, ut patet de causis ordinatis, nec unitas istorum per accidens impedit unitatem ordinis. Ideo probatur illa minor aliter sic: Illa forma est principium actionis, quæ est tale principium assimilandi sibi passum, non tantum realiter, ut in actione reali, quæ est in contrarium: sed in actione intentionali, quæ est in sensum.

¶ De prima patet, quia terminus formalis simpliciter est similis formæ accidentalis: ergo illa potest esse principium agendi *quo*.

¶ De secunda autem probatur, quia similitudo in sensu debet, quantum ad aliquid a similitudine reali in passu; ergo quantum est ex parte hujus formæ, ut agens, potest ita bene esse totale principium hujus actionis, sicut illius; si autem in illa sensatione sit aliqua perfectio ulterius, hoc non est, inquantum est a qualitate sensibili, sed in quantum est a potentia sensitiva.

¶ Contra istas conclusiones sunt aliqua dubia.

¶ Primo contra tertiam est illud dubium: non enim apparet quod fit alia actio qualitatis in sensum, & contrarium. Primo, quia qualitas non agit per electionem: ergo quantum est de se uniformiter agit; quantum ergo est ex se idem immittit in quodcumque passum, & per consequens non est alia & alia actio, quantum est ex parte agentis.

¶ Secundo, quia ubi est idem principium activum, est eadem actio, & hoc probatur per Comm. 3. Celi & Mun. comment. 71. *una natura, & alio erit unus* sed idem est hic principium formale agendi

ai & proximum tam in sensum, quam in contrarium: ergo eadem actio. Aliud dubium est, quod ista conclusio ultima videtur contradicere duabus precedentibus. Probo sic, quia si accidentia separata possint in omnem gradum actionis, in quem poterant conjuncta: ergo possunt in corruptione formæ substantialis illius passu in quod agunt: Sed corruptio illa non potest esse in nihil virtute illorum, quia creatura non potest facere accidentia aliqua esse per se: ergo in substantiam aliquam est hujusmodi corruptio; & sic si conclusio tertia vera fit, quod ista possunt esse sufficientes principium alterandi, sicut prius, sequitur quod possunt esse principium generandi substantiam efficiens, contra primam, & secundam conclusionem.

¶ Ad primum quid fit actio, & in quo fit dicitur *quæstion. 1. distincti sequenti*: sed posito hic breviter, quod credo esse verum, quod actio dicit respectum quandam extrinsecum advenientem, sive fit in agente, sive in passu, & respectum mutuo correspondentem respectui passionis, cum passionis in diversis passis sint alterius, & diverse rationis, sicut, & forme receptæ in eis, sequitur quod actiones erunt sic alie.

¶ Hoc confirmatur specialiter in proposito, quia passum receptivum forme secundum esse reale, non est receptivum ejusdem secundum esse intentionale 2. de Anima; oportet enim receptivum sibi esse absonum: Saltem regulariter receptivum forme isto modo, non est receptivum forme alio modo, maxime in receptivis materialibus: ergo organum, & subiectum contrarii non sunt receptiva forme secundum idem esse, quia unum recipit intentionalter, aliud realiter, & per consequens cum agens agit in passum secundum potentiam receptivam ejus, secundum illud 2. de Anima. *Alius autem utroque sunt ut patiente bene disposito*, sequitur quod agens non agit in hoc passum, & illud actione ejusdem rationis. Et tunc ad instantiam de agente ex electione.

¶ Respondeo, quod agens ex electione potest diversimode agere; non tantum diversitate quadam disparationis, sed contradictionis, sicut potest non tantum hoc agere, & illud, sed hoc agere, & illud non agere.

¶ Agens autem naturæ quod est illimitatum simpliciter, vel aliquo aliter secundum perfectionem activam potest ad disparata agere, sed non ad contradictoria; quia quodlibet illorum agit in materia disposita, & hoc necessario. Non ergo sequitur, non agit secundum electionem; ergo non diversas formas in diversis passis: sed sequitur, ergo non indifferenter agit, vel non agit ex se formam illam, quam potest agere in tali passu. Exemplum de Sole, & talem est, 1. libro dist. 2. & 7, qui licet habeat indeterminationem quandam ad disparata causanda in diversis passis, non est tamen indeterminate contra dictoria ad agendum, immo necessario agit in quodlibet passivum: quidquid potest in illud agere.

¶ Ad secundum dicendum, quod ejusdem principii activi possunt esse

se multas actiones formaliter distinctas, dum tamen illud non sit limitatum in sua virtute activa ad unam actionem, sicut est unica forma: & sic omnes auctoritates Commentatoris; & simpliciter alterius debent exponi de forma unica in virtute, sicut est unica in *esse nature*.

Ad aliud dubium contra alias duas conclusiones, respondeo. Uno modo breviter posset dici, quod qualitas est principium actus in passum habens contrarium, & hoc secundum quolibet gradum secundum quem prius; & hoc quantum est ex parte qualitatibus activae; sed propter subiectum, in quo est contrarium, quod determinat sibi aliquem gradum magis, quam alium, possibile est, quod non possit in omnem gradum contrarii, in quantum contrarium est in tali subiecto, eodem modo, quo prius potuit: & ista responsio declarabitur ex sequentibus; Alio modo posset dici, quod etiam possit in omnem gradum alterationis; in qua potuit conjuncta, non sequitur quod possit in corruptionem substantiae. Ratio hujus est ista, quia generatio non potest a corruptione separari, comparando ad agens naturale, hoc modo intelligendo, quia quicquid causatum corruptum simpliciter in fine corruptionis aliquid relinquat, quia non annihilat. Nec potest creatura corrumpere in accidens per se existens, quia non potest causare accidens sic existens: ergo si corrumpat corrumpet in substantiam, & per consequens, si non habet virtutem corrumpendi in substantiam, omnino non corrumpet: sed accidens separatim non habet virtutem corrumpendi in substantiam, quia nec producendi substantiam, ut probatum est supra.

Contra hoc primo, quia qualitas quae potest in omnem gradum alterationis praevia ad generationem, potest in gradum incompossibilem formae substantiali rei corrumpenda, & ita in corruptionem. Primum probatur, quia si non potest inducere aliquem gradum incompossibilem formae substantiali corrumpenda: ergo cum quocunque gradu inducibili ab ipso potest stare forma substantialis corrumpenda; & ita per nullam alterationem potest corrumpendum corrumpi.

Respondeo. Nunquam potest alterans inducere gradum incompossibilem alterabili. Probatur ex ratione terminorum, quia non potest movere inducere gradum in compassibilem suo mobili; cuius probatio est, quia mobile manet in toto motu: ergo sub omni gradu per motum inducto: fed nihil manet sub aliquo sibi incompossibili; ergo &c. Quando autem inferri, tunc nunquam alterans per alterationem subiectum corrumpat alteratum, concedo; & proba hoc per aliam rationem a priori, quia prius naturaliter non corrumpitur per aliquid posterius naturaliter: quicquid est inductum ab alterante, ut alterans est posterius naturaliter formae substantiali rei alterabili; ergo per nihil tale inductum ab alterante corrumpitur substantia alterabilis. Dico ergo, quod nulla substantia corrumpi potest, nisi a substantia, sicut nec oppositum substantiae corrumpenda potest induci nisi a substantia, ut superius est probatum: a quali autem contrario non corrumpitur substantia, nisi dispositive, quia ad illam alterationem

sequetur

sequeretur generatio, nisi aliquid impediat. Sed contra, quia tunc sequeretur, quod accidentia ignis, si essent maxima, utpote tunc quantitas sicut sphaera ignis; & tamen separata a substantia, non possent corrumpere guttati aquae ibi existentem, quod videtur impossibile. Aliud; & quia si accidentia alterantia possint in quolibet gradum alterationis, sicut prius; ergo in ultimum; & per consequens cum ille ultimus corruptus immediate disponat ad corruptionem substantiae, vel ipso corrupto immediate conomiteretur corruptio substantiae, sequitur quod substantia corrumpetur. Ad primum concedo, quod si tota substantia ignis in sphaera sua destrueretur, & maneret ibi omnia accidentia: gutta aquae ibi posita nunquam destrueretur ab illis, & rationes prius posita hoc concludunt, quia non possent aliquam aliam substantiam generare, nec corruptio istius potest esse nisi in substantiam; quia non est in nihil, nec in materiam nudam, nec in accidentia, namque virtute agentis naturalis, quia non potest natura aliquid annihilare, nec in materiam primam resolvere, nec accidentia facere sine subiecto.

Nec tamen nimis absurdum dicitur hoc, & contra sensum: dico quod si accidentia aliqua activa essent sine subiecto, substantia quantae, & qualis approximata eis corrumpetur: sed non ab eis, immo ab agente universalis causato, scilicet caelo, ad quod est fuga naturalium, praecipue cum forma hic inducenda sit imperfecta, quae totaliter est in virtute activa caeli; & per consequens nullo particulari agente impediente, immo magis disponente, potest forma illa a caelo induci, sicut inducit quidam formas imperfectas in materiam corruptibilem. Et si esset aliqua forma, ad quam iudicandum caelum non sufficeret, oporteret fugere ad primam causam simpliciter, quia hic induceret istam formam, ad quam agens naturale disponit: nec hoc est agere ad miraculum, ad quam agens naturale disponit: totius naturae create Deus supplet, ut patet in animatione corporis organici, ubi non ponitur miraculum: ita hic terra natura creata non sufficeret ad generationem istam, nec ad corruptionem: & ideo natura, disponente ad eam ultimam dispositione, Deus regulariter supplet impotentiam naturae. Ad secundum dico, quod nullus est gradus in alteratione, ad quem necessario sequatur corruptio formae substantialis alterabilis; sed ille qui est proximus in uno alterabili potest non esse proximus in alio alterabili, loquendo respectu corrumpentis, vel generantis intrinseci immediate fe habentis ipsi alteranti. Esto enim, quod gradus aliquis, quasi proximus illi, qui est incompossibilis formae aquae induceretur in aquam ab aliquo agente: statim sequeretur corruptio ipsius aquae, si in illo agente esset forma, per quam posset corrumpere aquam; si autem non sit in illo forma corruptiva aquae, non corrumpetur forma aquae ab illo agente, sed forte ab aliquo agente universalis inducente istam formam, ad quam materia est disposita. Sic hic si ab accidentibus separatis alteraretur aqua ad gradum, qui alius esset proximus corruptioni, sicut est dare ibi proximum; (& dico, *sicut*, quia in divi-

Y 4

sibi

substantia indivisibile est proximum indivisibili) tunc quidem statim sequeretur ab ipso alterante corruptio aque, sed non nisi ab extrinseco. Sed adhuc contra hoc arguitur: quia quando aliqua qualitas est in subiecto, potest esse principium agendi ad aliquid impossibile in forma substantiali: ergo & hic, quia datum est prius quod omnem alterationem, quam potest accidere in subiecto causare, potest & sine subiecto. Item secundo, quilibet gradus alterationis est ejusdem rationis: ergo quod potest habere actionem corruptivam unius, illud ejusdem rationis si periclitus est, potest esse principium actionis corruptivae ulterioris gradus, & sic de quolibet: sed possibile est qualiter separatum corrumpere aliquem gradum qualitatis substantiæ, sicut concedit: ergo si illa qualitas separata sit perfectior, potest corrumpere quæcumque gradum illius qualitatis: sed corruptio quocunque gradu qualitatis non manet substantia prior, quia non manet sine sua qualitate naturali: ergo &c. Item tertio, agens naturale potest corrumpere qualitates in Eucha ista: & per consequens possit inducere gradum aliquem impossibilem illi in forma secundum speciem: & tamen non potest ibi inducere formam substantialem, quia non est ibi subiectum: ergo participatione qualitates separatae possunt inducere in passum gradum impossibilem qualitatis, licet non possint inducere formam substantialem aliquam concomitantem qualitatem oppositam.

Ad primum dico, quod qualitas activa aliqua in substantia existens non potest esse per se principium activum respectu alicujus qualitatis repugnantis substantiæ corruptivæ: sed tantum potest esse principium causandi qualitatem in tali gradu, ad quem sequitur corruptio substantiæ habentis illam qualitatem: sed ibi sequitur istum gradum qualitatis corruptio substantiæ, hic autem non: quia ibi est quoddam agens conjunctum isti accidenti, quod potest corrumpere substantiam hanc, & aliam generare, hic autem non. Ad id, ergo non sequitur corruptio ab isto agente, sed forte ab aliquo agente universalis, ut dictum est.

Ad secundum dico, quod licet gradus iste & iste sint ejusdem rationis in se, non tamen in comparatione ad quodcumque agens: quia agens quod potest substantiam corrumpere, potest corrumpere ultimum gradum qualitatis consequentis eam, & solum illud agens; sed aliud agens bene potest corrumpere aliquos gradus, non illi necessarios. Vel aliter potest dici: & planius, quod gradus possunt esse ejusdem rationis, vel in se tantum vel in se, & in comparatione ad subiectum. Si primo modo ista est illa propositio: que dicit quod agens ejusdem rationis potest corrumpere illa que sunt ejusdem rationis. Si enim non sunt ejusdem rationis in comparatione ad subiectum, ut pote quia subiectum determinat sibi alterum illorum, non autem necessarium determinat sibi alios, bene potest aliquod agens corrumpere in tali subiecto unum gradum, vel plures: non tamen illum ultimum, quem subiectum sibi determinat: quia ille non corrumpitur, nisi ad corruptionem substantiæ.

Et

Et si arguas sic, sicut substantia necessario requirit illum gradum qualitatis consequentis, ita ille gradus repugnat contrario agenti; ergo sicut dicit, quod manebit quædam substantia manet, ita sequitur, quod non maneat propter contrarium activum.

Et præterea quod est posterius generationi, est prius corruptioni, sed ita qualitas secundum gradum necessarium substantiæ est posterius generatione substantiæ: ergo erit prior in corruptione: ergo prius naturaliter corrumpitur quam substantia, sed non nisi ab alterante, ut alterans est: ergo &c.

Ad primum dico, si aliquod agens est ita potens ad destruendum istum gradum, sicut substantia ad conservandum, argumentum haberet evidentiis; sed dico substantiam habere majorem virtutem ad resistendum contrario corruptivo illius gradus, quam illud contrarium habeat virtutem activam ad corrumpendum. Est ratio hujus contrarii: quod comparando activum ad activum, simpliciter perfectius est, quia comparando activum ad activum, simpliciter perfectius secundum virtutem, est simpliciter perfectius secundum virtutem: substantia autem habet virtutem activam respectu qualitatis consequentis eam, & qualitas contraria habet virtutem activam ad corrumpendum ipsam: simpliciter autem substantia est perfectior qualitate contraria: ergo virtus qualitatis contrariae est major in resistendo, quam virtus qualitatis contrariae in corrumpendo.

Et hæc est bona probabilitas, quod substantia est causa activa respectu qualitatis consequentis ipsam: quia alias non resisteret contrario corruptivum suam qualitatem, nec illa qualitas posset resisteret: quia de se est imperfectius, quam contrarium intensus in sua specie ponatur, quod illud contrarium sit simpliciter intensus non est quam istud in sua. Ad secundum dico, quod illa propositio non est vera, nisi de his que sunt ordinata in generatione, & corruptione pertinente ad idem genus, cujusmodi sunt forme ordinatæ secundum Ponentes plures formas: ibi enim forma universalior, sicut prius adveniens materiam, ita posterius discedit. Sed de subiecto, & propria qualitate consequente secundum illum gradum, secundum quem est necessarium substantiam, falsum est: immo illa qualitas, & posterius inducitur, & posterius corrumpitur. Et si quæras a quo inducitur hujusmodi qualitas, vel a generate, ut generans est, vel ab alterante, ut alterans: & consimiliter a quo corrumpitur, vel a corrumpente substantiam, ut corrumpens est, vel ab alterante, ut est inducens qualitates oppositam in genito? Respondeo effectus proximus cause æquivocæ secundum speciem in quolibet individuo causatur ab aliquo individuo cause æquivocæ, Ratio est, quia individua ejusdem speciei non necessario requirunt aliam, & aliam causam specie: possibile enim est eandem naturam specificam in isto produci a causa ejusdem rationis, a qua potest produci eadem natura in alio individuo: quia ad eandem terminum formalem sufficit idem principium formale inductivum: illud tamen hoc, & hoc, quod habet illud eandem terminum formalem non requirit necessario productivum alterius rationis. Ex hac propositione de causa æquivocæ, & effectum proximo

pro-

prohæta, concludo quod qualitas necessario consequens aliquam substantiam secundum speciem in quocumque, causatur a tali substantia: quia prima qualitas causatur tantum a substantia; ergo & qualibet potest, & per consequens cum causa æquivalens sit virtualior quam univoca, etsi causa univoca possit inducere situm effectum, tamen causa æquivalens præveniret, sicut dicit Aristoteles de magna flamma, & pa va in lib. de respiratione: non ergo inducitur ita qualitas generi ab aliquo alterante, ut alterans est, hoc est, non est principium formale inducendi illam, qualitatem, & qualitas.

Et si arguas, tunc ista alteratio prævia non habet terminum: Non est inconveniens de termino per se ejusdem generis; quia habet terminum extrinsecum formam substantialem generi. Et si quæras an illa qualitas generi inducatur a substantia generante.

Dico, quod etsi posset induci ab illa, tamen probabilis est, quod inducetur ab ipsa substantia generata: quia agentia habentia eandem virtutem & æqualem, licet possent in idem passum eandem formam inducere; tamen agens, quanto habet patiens sibi immediatus conjunctionem, tanto ceteris paribus efficacius, & immediatius agit. Si autem ipsomet est susceptivum termini actionis suæ, ut in proposito ipsum est passum sibi immediatius conjunctum; & per consequens ibi non præveniret generans substantiam generatam, qua non est prius secundum perfectionem ipso, sed tantum duratione: genus autem est æquale perfectione, & immediatius ipsi passu; & hoc potest bene salvare; quomodo omnes formæ æquivoque indubitales inducuntur in quocumque a seipso, licet tale agens æquivoce non diceretur posse inducere formam illam in alio passum; sicut voluntas una non potest inducere volitionem suam in aliam voluntatem, bene tamen in seipsam. Ex his patet a quo corruptur prius procedens: quia ab illo, a quo inducitur propria qualitas ipsius generi; illud autem inducens est ipsummet genus, ut dictum est.

Val potest dici melius, quod corruptur ab illo, quod corruptum subiectum ejus; hoc autem est generans substantiam contrariam; & tunc qualitas ista corruptur non corruptur nisi per accidens; qualitas tamen generi inducta, quæ habet aliquem gradum quod simpliciter sit incompossibilis substantiæ corruptendæ, ipsa inducitur per se, actione substantiæ generatæ, licet non per mutationem, quia subiectum non præfuit carens ea. Hæc autem quæ dicta sunt, non solum sunt vera de qualitate separata a substantia, sed etiam existente in substantia: quia ibi substantia ut qualis, non corruptur substantiam, nec inducitur qualitatem in gradu incompossibili substantiæ corruptendæ: sed ut substantia per se corruptur substantiam, & per accidens qualitatem ejus, ut substantia generat substantiam, & ultimus gradus propinquus substantiæ generandæ, qui primus est incompossibilis substantiæ corruptendæ, est ab ipso genero. Unde manifeste patet falsitas istius propositionis: Omnis substantia ideo corruptur, quia inducitur aliquis gradus incompossibilis suæ propriæ qualitati; immo nunquam gradus incompossibilis est, nisi in aliqua substantia

jam

jam generata; alioquin incompossibilia essent simul; nec aliquis gradus inducitur, vel inducibilis ab alterante, ut alterans est potest corrumpere substantiam: quia nullum posterius secundum genus potest esse principium corrumpendi prius secundum genus. Et hoc patet ad instantiam, quæ potest fieri de aqua; quod tunc aqua non possit corrumpere ignem; quia simpliciter. Ignis habet perfectiorem virtutem activam. Respondeo, non est universaliter verum quod imperfectius non potest corrumpere perfectius, loquendo de specie ad speciem, sed imperfectius activum secundum genus non potest corrumpere perfectius ens secundum genus; quia non potest inducere; nisi imperfectius secundum genus; & illud imperfectius non potest esse succedens corruptioni perfectioris secundum genus. Non enim potest accidens esse proprie succedens corruptioni substantiæ: quia si illud solum succederet, substantia ut substantia esset quasi annihilata, sed in imperitiam ejusdem generis non est ita, quia imperfectius in hoc potest inducere aliquid simile sibi, potest inducere aliquid, quod potest succedere ipsi corrupto ejusdem generis.

Potest etiam dici; quod inter perfectum & imperfectum ejusdem generis est formalis repugnantia, propter quam unum potest aliud corrumpere, sed inter perfectum unius generis, & imperfectum alterius generis, non est nisi tantum repugnantia virtualis; sicut prius repugnat opposito posterioris, & posterius opposito prioris; posterius autem secundum genus non potest per se, nisi in oppositum sui generis, & ideo non potest in corruptionem prioris secundum genus, cui non opponitur nisi indirecte.

Ad tertium concedo, quod species separate possunt corrumpi ab agente creato, ut dicitur in articulo sequenti, & etiam qualiter ibi substantia generetur, & non generetur. Sed si formeretur ratio hoc modo, positus accidentibus separatis, utpote calore ignis in quantitate, posset corrumpi a substantia alterante, vel ab alio quali separate contrario; vel magis activo, utpote a quanto frigido separate, non solum perfectissimus gradus illius caloris, sed etiam ultimus; sed non est majoris virtutis, vel magis activa ista irigiditas separata; per hoc; quod calor est separatus, quam si calor esset in substantia; ergo si calor esset in substantia ignis, adhuc posset frigus separatum corrumpere ultimum gradum substantiæ ignis, & tunc ita totum argumentum principale, quia ille non potest corrumpi, nisi ignis corrumptum principale, quia ille non potest corrumpi, & ita frigus separatum posset generare aliquam substantiam. Respondeo, quod ponendo caliditatem ignis, & frigus aque in quantitatibus separatatis, si irigiditas simpliciter vinceret secundum intentionem speciei suæ calorem in specie sua, concedo, quod quilibet gradus etiam ultimus illius caloris posset corrumpi ab illo frigore, sed non sequitur, quod similiter possit ultimus gradus caloris corrumpi, quando calor est in igne: Et ratio est hæc, quia quantitas quæ subijcitur calori separate non determinat sibi necessario gradum aliquem caloris, non magis inanimatum, quam sursumum: non habet enim aliquam virtutem acti-

vati,

vam, vel necessitatem respectu cuiusque gradus ibi, & ideo quod potest corrumpere in tali subiecto unum gradum potest corrumpere alium; & quemlibet; unde hi gradus sunt eisdem rationis in se, & in comparando ipsi subiecto, idem, aequalis est determinatio; vel indeterminatio subiecti ad quemcumque gradum, & e converso: sed non sic quando calor est in igne: supremum enim gradum non sibi necesse determinat, sed contingenter est in igne; & ideo si ille gradus non potest resistere frigori contempenti, nec subiectum resistet, cum non necessario requirit illum gradum, sed inimum gradum sibi determinat necessario; & ideo licet ille gradus infimus non possit resistere, tamen substantia ignis que est maioris virtutis potest resistere contrario contempenti; plus enim potest substantia ignis ad conservandum illum effectum, quam frigus ad contempendum; conservabitur ergo ille gradus, quamdiu ignis est in suo esse manens: & ideo nisi fit aliquid corruptens ignem in se, non corrumpetur ille gradus. Quando ergo dicitur, quod non est frigus maioris virtutis, nec magis activum per hoc, quod calor est sine substantia quam si esset cum substantia: concedo quod non est in se magis activum, sed in hoc contrarium magis potest agere, quia hoc contrarium separatim cater causa conservare suum esse: conjunctum autem habet causam conservantem suum esse. Et ista responsio est universalis de causis contrariis formaliter, vel virtualiter concurrentibus, circa idem passum. Non enim est una magis activa simpliciter, vel minus, quia alia concurret circa idem passum; sed tantum una est minus activa in illud, quia alia concurret, quia illa impedit.

Ad principales rationes. Ad primum dico quod ista propositio, de instructo dicitur, destruitur posterius; vera est de simpliciter priori, a quo scilicet dependet posterius, non autem de illo, quod aliquo modo est prius, a quo tamen posterius non dependit essentialiter, sicut est in effectibus ordinatis, propinquior causa dicitur prior remotiori, & tamen possibile est aliquando causam exire in effectum secundum, licet impediretur a primo. Alter potest dici, quod illa propositio vera est, nisi aliquid aliud prius priori, & posteriori supplet vicem illius prioris; sic est de Deo, & subiecto respectu accidentis hic. Sed prima responsio, est dubia quomodo effectus posterior possit esse sine effectu priori eiusdem cause, quando inter effectus est ordo essentialis: dictum est enim supra, in primo libro, quod causa nata habere effectus ordinatos non est in potentia propinqua ad effectum remotiorem producendum, nisi propinquiori jam producto; & per hoc non potest Spiritus Sanctus spirari nisi a Patre, & Filio simul, ac per hoc non potest creatura creari nisi simul a tribus personis divinis, & alia multa ibi.

Secunda etiam ratio non valet hic; quia et si Deus supplet vicem, id est causalitatem subiecti respectu accidentis conservando accidens, sine subiecto; non tamen supplet vicem ipsius inherentie ad subiectum, de qua arguitur, quod illa est prior actione in extrinsecum, nisi dicas quod pro tanto supplet vicem ipsius inherentie ad subiectum de qua arguitur, quia conservat ibi esse.

Sed ad formam potest dici negando minorem, quia *in esse* accidentis non est essentialiter prius, quam *agere* in extrinsecum; loquendo de *in esse* alieni substantie, quia utrumque convenit contingenter accidenti, & posterius etiam contingenter præhabet prius. Necessario quidem, & essentialiter actio præsupponit esse ipsius forme active, sed quod *in esse* concomiteretur illud esse, non est necessarium, nec necessario prææctum ad *agere*: quando tamen uterque respectus cancellari prææctum ad *agere*, scilicet *in esse* & *agere* in extrinsecum licet eidem forme absolute, tamen prius non ita se habet contingenter ad tandem unum, sicut secundus: quia ille semper tandem unum tantum ordine causarum naturalium habet primum respectum, non sic secundum: & possunt plura inesse, nec secundum respectus in se, quam ut prius: quia contrarium impeditur potest autem isti forme ne agit: sed ne in se nihil potest auterit, nisi Deus. Est ergo minor falsa, quod *in esse* est prius, quam *agere* essentialiter: sed tantum esse est essentialiter prius, *in esse* autem est commutiter prius considerando ordinem causarum naturalium. Et tunc ad confirmationem de immediate, dico quod non omne immediatum alicui necessario præsupponitur omni mediatori, utpote si illud immediatum non est causa aliqua respectu mediati, neque causa activa, inque receptiva, neque effectus simpliciter necessario propinquior eidem cause: & sic est in proposito: *in esse* enim habet immediate eidem causam, quod sciam ex causis naturalibus consequitur tandem unum tantum, ita sciam, quod per nullam causam naturalem impeditur non sic agere, sed tamen nec *in esse* est ratio elicitive, nec receptiva, nec effectus simpliciter necessario prior, quam *agere*. Et si dicas *in esse* est propria passio accidentis, *agere* autem est accidens per accidens, patet responsio prima *quæst. huius disticti*. *In esse* enim est propria passio, sed accidens contingenter inhaerens, licet ut in pluribus in accidens autem ut in pluribus non necessario præcedit accidens in paucioribus, vel ad utrumlibet. Ad secundum principale dico, quod ista propositio, actio est tantum suppositi non habetur a Philosopho *prima Metaphysicæ*, sed ibi habetur quod actio est circa singularia, & pro tanto præter experimentum arti in agendo, vel experimentum actio est fieri. Sed unde locus est circa singulare, ut obiectum, ergo est solius suppositi, ut agentis. Si ergo accipitur ista propositio, actio est suppositi, sumitur aliunde quam a Philosopho, saltem hic: actio tamen est suppositi, ut ultionate denominati ab actione, sed non est solius denominati ab ipsa. Hanc responsionem intelligere potes ex *5. disticti. pr. lib.* ubi habetur quomodo accipi plura denominativa denominatione dicente respectum possunt accipi plura denominativa denominatione abstracta, ad que cadit illa forma, & secundum ordinem: sicut ab hoc abstracto *potentialitas* accipitur hoc concretum proximum, quod est *potentia*, & dicitur de calore; & ulterius hoc concretum quod est *potens*, & dicitur de igne habente calorem. Eodem modo potest accipi ab actione unum concretum, quod denominatur principium formale agendi, & illud de calore dicitur, ut patet, calor

exlefacit, idest, esse quo habens agit, sic calor est potentia calefacitiva, nec tamen est potentialitas nec potens: sed non accipitur ab actione communiciter, nisi denominativum denominans ultimum denominabile, ad quod terminatur tota dependentia illius formae: & concedo, quod quantumcumque formae denominantur ab actione, cum illa forma nata sit esse in supposito, possit ulterius denominatione suppositum denominari ab actione: Sed diceret, saltem hae denominationes usitate, quae aliquid dicitur agere, forma non denominatur ab actione, & ita propositum.

Respondet, forma habens rationem formae non sic denominatur, idest, formam informans; quia tunc est alteritatio, quia ipsum denominatur hac denominatione: sed forma non informatum, sed per se eas, non denominatur hac denominatione: denominatio tamen potest alia denominatione, ut praedictum est: & si ipsa non dependet ulterius ad aliquid denominatum, denominatione ejus erit ultima, & sic illa propositio, *solius suppositi esse agere*, breviter exponitur, vel aliquid habentis modum suppositi. In hoc autem quod dico habere modum suppositi, nihil potivum intelligo esse essentiam formae: sed tantum negationem informanti aliquid, quod per istam formam agat. Ad confirmationem per Boetium potest dici, quod sicut ipse loquitur sibi de quo est, & quod est, quodlibet causarum habet ista aliquo modo distincta, eo modo quo nullum creaturum est purum esse, de quo in 1. libro sed non oportet, quod in quolibet creato quo agit & quod agit sint distincta. Si enim anima est essentia simplex, & idem realiter lux potentiae, non est aliud quod agit actione intellectiva, & quo agit. & ita hae istud est quoddam ens; & accedens simplex, nec informatum aliud. Exemplum adductum de anima, & homine; non probat nisi de quo & quod, in essendo, & hoc accipiendo quo partiale, ut non quo totale; quod dico, quia homo, ut quo totali; humanitate est homo: sed per animam est homo ut quo partialis, Et hoc est, quod aliquando consuevit dici de forma totius, & forma partis: forma autem totius est quidditas rei includens utramque partem essentialem, & illa non est aliud realiter ab ipso: quod si sic foret sit aliud, tantum est aliud in modo intelligendi, & tantum illo modo possunt differre quod & quo, respectu actionis, quando quo, est quo totale, quod semper est ad minus, quando ipsum quo, nulli alii inest; & forte etiam quando alii inest, quia tunc subjectum nullam causalitatem habet propriam respectu actionis: sed tamen tunc denominatur ab illa actione denominatione remota; quae denominatur a principio quo illius actionis. Ad illud quod adducit de 3. Metaph. de Mathematicis, quod in Mathematicis non est aliquid, vel agens, nec bonum. Dico quod quantitas in Eucharistia non est pure quid mathematicum. Mathematicum enim ita abstrahit a qualitatibus naturalibus: sicut a forma substantiali. Ita enim, vel magis abstrahit Mathematicus a naturali; sicut a Metaphysico. Concedo ergo, quod si quantitas esset sola, ipsa non esset generandi principium tali actione, de qua loquimur hic: sed qualitas ista naturalis quae est hic in

quan-

quantitate bene potest habere quantum virtuale respectu passivi. Et si quantitas; quantitas separata in: qualitate eliet nec activa in sensu? Videtur quod sic; quia est per se in fine 2. de Anima: & ita in intellectum possit agere, quia est per se intelligibile, non autem potest in intellectum nostrum, nisi prius in sensum; ergo sic. Oppositum a videtur, quia non est sensibile primo; illud autem quod est tantum sensibile per se non primo, non potest agere sine illo, quod est primo sensibile. Potest dici, quod non sentiretur, quia vel nullam actionem habet in sensu secundum aliquos impudens speciem propriam: sed sola sensibilia propria hoc faciunt, sensibilia vero communia solum faciunt ad modum impudens speciem commune sensibile (alioquin quomodo proprie sentiretur) non tamen potest istam causare sine sensibili proprio concomitante, non quidem, quia istud sic prius, quam qualitas sensibilibus primo, & ita secundum se possibile separari ab illa, sed non prius in agendo in sensum, & sic inquantum huiusmodi non est separabile, a sensibili proprio: & forte rati est, quia sensus est primo potentia receptiva sui proprii objecti, & ideo a nullo alio potest recipere alium actum, nisi prius naturaliter sit in isto actu. Ad primum argumentum patet ex his. Ad secundum dico, quod potest movere intellectum, si sibi esse proportionatum, vel proportionaliter praesens, sed non esset sic intellectui nostro, quia sibi non potest fieri praesens, nisi per speciem quae inest in sensu. Ad tertium in intellectu, nisi prius species objecti inest in sensu. Ad quartum dico, quod ista propositio primi de generatione, agens & patiens oportet communicare in materia, expositi potest de communicatione spirituales, vel aequali, ista autem accidentia separata etiam nata sunt communicare cum passivo in materia sui subiecti. Vel aliter quod non est verum, nisi de agente univo; nam Deus, vel coelum non communicant in materia cum istis inferioribus: Sed hoc non solvit, quia huiusmodi accidentia agunt in sua contraria actione univo: ergo prima solutio melior est: quia ex quo hae forma est eiusdem rationis cum forma terminante se quod, sicut forma terminans est in materia, quae est nata esse in materia, sed non oportet ipsam acti esse in materia, quae illa esse, quia agere est totum maxime per se entis: sed recipi vel produci non potest tunc nisi in aliquo susceptivo. Ad quartum de 7. Metaph. potest adduci pro me qua concedo quod qualitas non potest esse principium generandi substantiam compositam: sed in alio adducit contra me, quia nec qualitas est principium generandi compositum, nec etiam forma, nec qualitas est principium generandi substantiam compositam, quod tamen habet negare, sicut & negas de qualitate, & compositio quali. Dico ergo primo ad auctoritatem Aristotelis, quod intentio sua est, quod idea Platonis non potest esse principium generandi substantiam compositam: quia nulli a substantia omnino immateriale potest generata substantiam compositam, nisi mediante corpore. Sed uest est hae propositio vera apud Philosophum? Dico quod ex hoc

hoc, quod ponit ordinem cauſarum in uniuersa eſſe ſimpliciter neceſſarium: & videt ſubſtantias ſeparatas ſecundum poſitionem ſuam mouere celos; ut per talem motum producant aliqua in iſtis inferioribus; non autem ſe mouerent, ſi poſſent immediate producere iſta: quia tunc ille ordo cauſarum non eſſet neceſſarius: quod ſibi eſſet inconueniens. Nec per hoc oportet imponere ſibi tribuſt aliorum, quod ſubſtantia ſeparata non poſſit cauſare aliquid hic inferius propter aliquam imperfectionem, vel tale aliquid, vel tale in ſubſtantia ſeparata, vel propter improprietatem ſimplicis ad compoſitum, ſed tantum propter iſtum ordinem cauſarum. Conceſſit enim, quod ſubſtantia ſimplex cauſat cauſam motum, quod eſt compoſitum per accidens, & quare non ita compoſitum per ſe? cum ipſum agens non magis habet conuenientiam cum compoſito per accidens, nec toto, nec partibus, quam cum compoſito, per ſe? Sed non communicamus cum Philoſopho in iſta propoſitione, Ordo cauſarum naturalium eſt ſimpliciter neceſſarius: ipſe etiam dicitur, quod accidens ſimplex non poſſet producere ſubſiſtum quale, non quia negaret accidens ſimplex, quando eſt in ſubſiſto, eſſe totam rationem agendi, & ita ſi poſſet per ſe eſſe, poſſet per ſe agere: ſed quia negaret illud poſſe per ſe eſſe propter neceſſitatem ordinis cauſarum apud eum. Sed quod dicitur ibi, quod forma ſubſtantialis, ſi non eſſet ſecundum auctoritatem hanc Philoſophi, non poſſet eſſe principium generandi ſubſtantiam compoſitam: hoc quidem habet dubium: ſi enim ſicut qualitas eſt totale principium alterandi, iſta forma ſubſtantialis generantis eſt totale principium generandi, conſequens eſt dicere, quod forma ſubſtantialis per ſe eſt, poſſet ſubſtantiam generare, niſi forte quia non eſſet ſub modo conuenienti ad agendum: niſi enim habet modum conuenientem ad agendum in materia quantam, niſi ipſum ſit quantum loquendo de agente uniuoco: ſed de hoc, an forma ſubſtantialis ſola eſſet principium generandi, vel quod plus eſt, an prima ſubſtantia ſola. Requirere ſupra in *hoc quaſt.* Ad quintum argumentum principale, ſi ſpecies intelligibilis poſſideret totale principium intellectiōis, haberet aliquam apparentiam, quod ſeparata poſſet eſſe principium, & de charitate reſpectu dilectionis: ſed nec hoc, nec illud poſit totale principium, ſed partiale, & minus principale. Principium autem minus principale nunquam poſſet agere, niſi principaliori prius naturaliter agente, & hoc loquendo de prioritate ex parte agentis, non ut actio, vel terminus recipitur in paſſo; quia ſic ſiſtial natura terminatur actio agentium ordinaturum in paſſo ad formam. Sed nuſquid contra aliquos tenentes illud antecedere concludit hac ratio? Dico, quod ſpecies intelligibilis quantumcumque ſeparata, vel coniuſta, nunquam intelligit: niſi enim dicitur intelligere, niſi in hoc quod habet intellectiōem talem formaliter ſibi inhaerentem: & ſic adducenda eſt propoſitio tertiæ de Anima: *Intelligere eſt pati*, quia *intelligere* eſt habere intellectiōem: ſpecies autem intelligibilis a nullo ponitur eſſe principium receptiuum intellectiōis; unde

magis

magis concluderet hoc argumentum, quod ſpecies ſeparata poſſet intelligere contra ponentem, quod eſt ratio formalis recipiendi intellectiōem: quia contra ponente, quod eſt totale principium ad ſiſtum intellectū otis. Sed adhuc diceretur, quod ſaltem ſpecies intelligibilis ſeparata poſſet cauſare actiue intellectiōem, quod videtur inconueniens. Reſpondeo, hoc non ſequitur, niſi habeat paſſum approximatium receptiuum intellectiōis: ſed ſi tale habeat, conſequenter eſt concedendum, quia cauſare intellectiōem in illo: & quod hoc eſt una diſticultas communis nobis, & illis, quia quantumcumque cauſaliter tribuimus ſpecies, vel partialem actiue, ut ſupra dixi, vel tantum rationem præſentantis obiectum, iſtam perfectionem eodem modo haberet ſi eſſet ſeparata, ſicut ſi coniuſta: videtur ergo ſi ſeparata eſſet præſens intellectui, non per inhaerentiam ſed per ſimplicem præſentiam quod poſſit eodem modo ſufficere ad cauſandam intellectiōem in intellectu, ſicut quando inhaeret: & hoc concedo, quia dixi ſupra quod intellectus nihil perfectionis recipiuntis ad ſiſtum receptiua ſpecie informante, ſed tantummodo oportet ſpeciem, ut aliam cauſam partialem effectus concurrere cum intellectu: ſed quod aliquando cauſa partialis alteri conhaereat, hoc eſt omnino accidentale: quia neque perfectio poſſet cauſare effectum ſue inhaerentia, propter ordinem accidentalem, ſcilicet ſubordinationem virtutis actiue ad virtutem actiue, cui accideat ordo ſubieſti, & accidentis. Et ita breuiter dico, quod charitas in patria ſua media cauſat intellectiōem intellectiui ſui in intellectu, & tamen illa erit præſens intellectui inhaerendo, ſed voluntari: & tamen illa præſentia ſufficit ad hoc, quod ipſa ut cauſa partialis concurrat cum alia cauſa. Inſiſt ergo argumentum quod frequenter fit, quali ſic aliquanti ponderis, contra nullam opinionem concludit, niſi contra ponentem ſpeciem eſſe totale principium intellectiōis ad ſiſtum, & cum hoc propinquum, & proprium receptiuum eiuſdem, & idem poſſe mouere ſe, ſed contra poſitum quatuorcumque deſiuitate ſpeciei, non concludit, niſi quod ſeparata poſſit ſimpliciter agere, ſicut coniuſta: ita tamen habeat paſſum proportionatum præſens: eodem modo, de charitate reſpectu dilectionis.

Q U Æ S T I O I V.

Utrum omniſi tranſmutatio, que poſſet cauſari ab agente creato circa accidentia in Euchariftia manente, neceſſario requirat eandem quantitatem manere.

Circa tertium principale, primo quato de tranſmutatione poſſibili manente Euchariftia.

Secundo de tranſmutatione cum qua non manet Euchariftia. De primo quato, an omniſi tranſmutatio que poſſet cauſari ab agente creato circa accidentia in Euchariftia manente, neceſſario requirat eandem quantitatem manere. Quod ſic, quia tam motus, quam in uero neceſſario requirit ſubieſtum, & præſupponit. Patet ex

Tom. IV.

Z

deii.

definitione motus 3. *Phys. Motus est actus entis in potentia, & est alius mobilis, inquam non mobile.* Patet etiam ex definitione mutationis 6. *Phys. Mutari est aliter se habere nunc, quam prius:* sed transmutatio quæ potest casuali ab agente creato, vel est motus, vel mutatio; ergo necessario præsupponit subjectum, & hoc manens idem sub utroque termino, etiam hoc est de ratione subjecti; sed hic nihil manet idem sub utroque termino, nisi quantitas maneat eadem. Et confirmatur, quia non manente priori eodem, non manet posteriori idem: in illis etiam mutationibus hic possibilibus non potest inveniri subjectum aliquod, nisi quantitas. Item 7. *Met. c. 7.* probat Philosophus quod generans non generat, nisi compositum: & exponit in fine capituli, quod non solum de substantia ostendit ratio fieri speciem, sed de omnibus similiter primis Prædicamentis communis est ratio, ut *Quantitate, & Qualitate, & aliis Categoriis:* sit enim velut ænea sphaera, sed non sphaera nec æs: similiter in aliis Categoriis: non enim fit quale, sed quale lignum: nec quantum, sed quantum lignum, aut animal: sed non potest esse hic compositum generatum per accident aliud, nisi quantitas sit pars illius compositi: illam autem oportet fuisse eandem in transmutatione, quia secundum Philosophum ibi oportet semper præexistere materiam, quæ transmutatur ad formam, ut fiat compositum. Item agens naturale non potest in Eucharistia causare augmentum, nec diminutionem: quia hæc non conveniunt nisi animatis, quibus & nutritio convenit. 2. *de Anima,* sed species in Eucharistia non sunt animata: ergo non possunt augeri, nec minui; sed non est aliquid motus ad quantitatem aliam & aliam, nisi augmentum & diminutio ut patet 3. *Phys.* ubi in genere *Quantitatis* ponuntur ista, si cetero alteratio in genere *Qualitatis.* Contra, species illæ possunt a Sacerdote transmutari. Patet ad sensum, & per consequens solvitur contrititas: continuitas autem est unitas continua: ergo solvitur ejus unitas ergo non manet in illa transmutatione eadem quantitas, quæ prius. Item, circa hujusmodi species potest esse condensatio, & rarefactio, ab agente creato; in raro autem major est quantitas, in densio minor.

Hic est una opinio, quæ dicit quod non solum possibile est hic quantitatem non manere eandem; sed quod est omnino alia, & alia quantitas in rarefactione, & condensacione specierum, ita scilicet omnino quod nihil prioris remanet in posteriori, nec pars aliqua posterioris præiit in priori. Et ex hac conclusione concedit ad oppositum aliam, scilicet quod hic est motus sine subjecto etiam ab agente creato, ut satis patet ad sensum; quia ignis potest rarefatec istas species, sicut si essent in subjecto. Addit tamen quantum ad hanc secundam conclusionem, quod illud, secundum quod septimo, & per se transmutatio, non est omnino sine subjecto, quia hujusmodi transmutatio fit secundum rarum, & densum. Ista autem variatio fit secundum calidum & frigidum, & ab hujusmodi transmutatione sequitur contractio, vel extensio: & sic quasi per accident fit, &

ex consequenti transmutatio secundum quantitatem: & secundum locum, quia illud secundum quod primo, & per se, fit hæc transmutatio, hæc mutatio non est sine subjecto; potest dici, quod hic motus non est omnino sine mobili. Et quasi non sufficit hæc responsio subdit; quia tamen illud quod hic ponitur pro subjecto ejus, secundum quod per se fit transmutatio, etiam transmutatur, & sua transmutationi non potest subjectum assignari, ideo ratione ejus dicitur motus esse sine mobili in proposito. Pro prima conclusione arguitur sic: Terminus motus oportet esse incompossibile, patet 6. *Phys.* ergo nihil unius termini manet in alio, sicut incompossibile non est in suo incompossibili. Si etiam non teneat hic, quod quantitas aliqua hic maneret eadem, sed terminus mutationis esset major & minus in ipsa quantitate; hoc improbat ipse, quia subjectum motus & terminus oportet realiter differre: sed quantitas illa, & major & minus in quantitate non differunt realiter: non enim potest dici, quod fiat variatio secundum majus, & minus: quia fiat variatio secundum essentiam quantitatis, cum majus & minus non sit, nisi ipsum quantum essentialiter. Hoc modo arguit & ipse, quod non potest albedo manere eadem in transmutatione, & variari majus & minus. Et stat virtus hujus rationis in hoc, quod subjectum realiter distinguatur ab utroque termino, & in hoc specialiter, quod subjectum manet sub utroque termino, neuter autem terminus manet cum alio, cum sint oppositi. Item, secundum arguo per ista conclusionem sic; quælibet pars rarioris est rarior: ergo quælibet pars rarioris est major secundum quantitatem: ergo quælibet est quanta nova quantitate. Si dicas non sequitur omnino nova, sed nova tantum secundum partem. Contra, accipio illud quod est subjectum istius partis quantitatis, quæ nova est, illud est rarior, quam fuit prius: ergo & majori quantitate quantum, patet ex prima præpositione, quia quælibet pars rarioris est rarior: ergo major; & per consequens quantitas illa nova conjungitur subjectum, major erit quantitate antiqua, & non omnino alia illa; ergo eodem modo tota quantitas totius rari, erit major tota quantitate deni, & tamen non omnino nova. Hic breviter sic arguitur, quantitas illa quæ præiit, si manet, quæ in quo subjecto, non nisi in eodem, in quo prius; quia accidens non migrat, ergo illud quod prius fuit quantum hanc quantitatem, modo erit quantum eadem; ergo non potest esse quantum hanc quantitatem, nec secundum se totum, nec secundum partem alia nova quantitate: nisi idem sit simul quantum duobus quantitatibus, quod est impossibile: vel nisi in rarefactione fit aggeneratio novarum partium substantia sub nova quantitate, & ista aggeneratio partium quantum ad quantitates præexistentes sit rarefactio. Sed hoc nihil est, quia tunc non quælibet rarioris pars est rarior formaliter; illa enim pars antiqua non est rarior formaliter per hoc; quod hic constitueretur pars alia nova. Pro secunda conclusione sic arguit ipse, sicut potest elici ex verbis suis, sicut virtute divina accidens habet esse in se.

esse, & quies esse sine subiecto, ita & in fieri, & in motu potest habere esse sine subiecto.

Alia ratio, quia sicut virtute divina habet esse sine subiecto, sic & habet omnia eidem virtute, ut scilicet omnia quae sibi convenire possunt in subiecto, sibi conveniant sine subiecto. Sicut ergo extensio potest variari secundum majus & minus in substantia, & secundum hoc participative dicitur illa substantia major & minor: ita etiam cum extensio ipsa moveat sine subiecto, poterit hujusmodi transmutatio fieri in illa. Tertio, quia licet motus non sit secundum completam rationem nisi secundum cursum naturae convenientem, nisi sit aliquid unum aliter se habens secundum aliquam formam tunc, quam prius: tamen ad elevationem motus principaliter pertinet ipse fluxus formae, vel ipsa forma secundum esse in fieri; haec autem bene inveniri potest, licet nullum subiectum aliter se habeat secundum eam: ergo & essentia motus.

Contra hanc secundam conclusionem Invenit tres rationes. Prima talis est: quantitas major non est educta de potentia materiae, quia non habet subiectum: tale autem ens dicitur creati, & ita in tali transmutatione non est fieri majus, nisi per creationem. Secunda, quia sub speciebus panis tamen manet Corpus Christi, quando manent ibi accidentia, quae affecturæ substantiam panis: sed per te quantitas est omnino nova, vel alia, quam prius; ergo non manet ibi Corpus Christi, quod tamen non ponitur: Tertia hinc: esse lucis effluviis consistit in successione partium secundum prius & posterius, non autem potest esse prius & posterius in motu, nisi aliquid sit quod variatur secundum prius & posterius: ergo &c. Et respondet ad ista, quod quia in ista transmutatione non fit esse aliud & aliud, quod quandoque habet esse interruptum, neque sic quod secundum se sit corruptum, neque regeneratum aliud simile, neque quod unum sit alteri contrarium: sed est unius rationis secundum formam, & speciem, & in esse continuo, & sine interruptione, ideo non impeditur, quin possit hic poni ratio motus. Et hoc potest applicari ad primum, quia scilicet ideo non est creatio, quia non est productio alicujus novi secundum esse interruptum, sed tantum esse alicujus secundum formam & speciem secundum quoddam fieri successivam conservativa. Tamen ad primum dicit, quod sicut in potentia subiecti erat, ut ab agente creato possit minoritas quantitatem introduceretur major sine creatione: ita in quantitate separata manet haec vis, ut post minoritas fiat ab agente naturalis major, & sine creatione: ita quod terminus a quo est minor quantitas secundum gradum, a quo incipit motus: terminus autem ad quem est major secundum alium gradum, ad quem fit transmutatio. Motus autem est fluxus quantitatis indeterminatæ inter illos terminos certos, habens esse inter illos secundum gradus quasi infinitos: sed si fuerit aliqua alia quantitas sic, quod non haberet habitudinem ad quantitatem praesistentem, illa proprie crearetur. In isto verbo ultimo videtur hanc responsio sua, quod scilicet ideo non est creatio, quia quantitas nova

que

quae inducitur, habet talem habitudinem ad quantitatem praesistentem, quod succedit sibi sine interruptione per fluxum secundum gradum in forma quantitatis, quasi infinitos. Ad secundum respondet, quod non definit ibi esse Corpus Christi propter quancunque variationem illarum specierum: sed solum propter talem, quae non potest esse nisi mutata substantia panis, vel vini, si ibi est; & ideo quando manent species secundum esse non interruptum sub tali rarefactione, vel extensione, & sic de aliis, quod si panis ibi est, possit illis affici, tamen manet ibi Corpus Christi.

Ad tertium dicit, quod in motu qui est ad quantitatem, sive sit per se, ut potest secundum augmentationem, sive sit secundum rarefactionem, ut in proposito: non est ibi accipere per se, & primo, ordinem aliquorum partium, nisi secundum quantitatem, & sic poterunt separate intelligi habere ordinem in fieri, & successione, quia poterit pars continere succedere parti, ita non in subiecto, sicut in subiecto.

Quantum ad istam opinionem de prima conclusione, non oportet multum curare, nisi propter secundam: tota enim vis illius questionis est, cum in quibusdam transmutationibus hic apparentibus, ut potest loci mutatione & hujusmodi, possimus in invicem invenire subiectum aliquid ideo manens sub terminis, & hoc ad minus secundum communem opinionem ponendo hic solum quantitatem sine subiecto & sed transmutationis, cujus termini sunt quantitas, & quantitas non est facile invenire subiectum; ergo non potest esse haec transmutatio a quantitate in quantitatem.

Haec difficultates est communis, sive tota quantitas succedens sit nova, sive pars ejus, quia si dicitur quantumcunque modica pars nova transmutationis ad illam, quantum subiectum. Non oportet ergo quantum ad propositum de subiecto transmutationis secundum quantitatem hic apparentis magis improbare illam, quae ponit totam quantitatem novam, quam quamlibet aliam, quae ponit ad minus aliquam partem quantitatis novam, quod oportet omnes ponere, alioquin non esset nunc major, quam prius. Prima tamen conclusio illius videtur falsa, cujus ratio est, quia non manente subiecto eodem non manet aliquod accidens ejusdem; sed per te quantitas vini non manet eadem, quando rarefactum est; ergo nullum accidens manet ibi idem; quia secundum communem opinionem quodlibet accidens est ibi in quantitate, vel mediate vel immediate, & per consequens non manet idem sapor numero, nec idem color, & hujusmodi. Sic fiduciat, quod est argumentum rusticorum iugere ad sensum, quia ratio debet judicare de eodem, & diverso. Respondeo, quod secundum Arist. 3. Phy. Est enim est querere ibi rationem, ubi habemus aliquod certum ratione. Mirum etiam videtur, si sensus non potest judicare de numero soarum sensibilium propriorum, cum numerus secundum Philosophum 2. de Anima, sit per se sensibile, tamen istud non pondero, quia ut alibi dixi, nullus sensus judicat de gradibus solis, ut tunc sit idem, vel alii continue in medio, cum ta-

4 2

men

men illud, cuius esse necesse, vel unitas hic sit proprium sensibile?

Hinc ergo omnino, arguitur, sic non est possibile quod quantumcumque diversa appetita regulariter inducant eandem formam post corruptionem ejusdem corrupti; sed a quantumcumque rare sunt huiusmodi species: sive ab igne, sive a Sole inducitur regulariter talis sapor, & talis color. Si ponas illa accidentia esse novam, plantam arguitur sic: ab igne potest rarefieri species illa vini: ab igne autem non possunt induci omnes illa qualitates, quae ibi apparent, tum quia si continet, non tamen quantumcumque diversi accidentia secundum genus, vel speciem: tum quia ignis non continet in se virtualiter qualitates mixti. Sed si vinum coacturatum hic sit dulce, & ibi amarum, post rarefactionem remanet in illis speciebus amaritudo, & in istis dulcedo: & sic de quibuscumque speciebus saporis: & jureseque coloribus; puta si consecratur vinum album, vel rubrum: ergo solus ignis rarefactionem non inducit omnes istas qualitates: ergo non sunt novae: ergo nec subiectum illam. scilicet quantitas sine qua ista non possunt manere eadem, est novum. Secundo arguitur contra istam opinionem ex dictis opinionibus: dicit enim substantiam esse indivisibilem formaliter per quantitatem: ergo hic panis totaliter est hic panis per hanc quantitatem; ergo corruptus haec quantitate non manet amplius hic panis, sed alius panis singularis; ergo in quantum rarefactione tota substantia prior consumitur, & nova generatur, quod videtur satis improbabile, & contra rationem: quia quod talis alteratio statim necessario requirit novam substantiam est dicere, quod non possit esse variatio circa positionem, quin sit circa prius; nec quomodocumque posterior; sed quod nec est propria passio, nec consequens necessario illud prius, quod videtur inconveniens manifestum. Rationes ad istam conclusionem non concludunt. Prima de incompossibilitate terminorum motus sui mutationis, solvitur per hoc quia minor propositio vera est de primis terminis, qui sunt semper privatio & forma: sed non est vera universaliiter de terminis concomitantibus illis terminis, ut supra dictum est in *opi. de formis dissert. 10. q. 1.* Et si arguas hic magis, & minus sunt impossibilia.

Respondet, verum est, ut ultimate, vel complete informant illud subiectum; sed non ut minus est aliquid majores: alioquin oporteret dicere propter istam rationem, quod tota quantitas aucti esset nova quod non est probabile, quando partes carnis secundum speciem quae manent eadem, sunt quantae eadem quantitate, quae prius, tamen aliqua quantitas partium substantiae, quae advenierunt, nova est. Cum ipse post deducit, quod quantitas non movetur & majori sed minus, concedo, & sic de qualitate; quia quantitas & majus vel minus in quantitate, non loquendo de respectu, quem importat majus, sed de absoluto quod supponit, tanquam proximum fundamentum, non sunt essentialiter distinctae, nec eo modo quod oportet subiectum motus distingui a termino. Et ideo simpliciter, illam rationem concedo, quod non transmutatur aliqua forma alicujus generis ad magis, & minus intra genus; sed tota forma quae est

ma

major sive in quantitate, sive in qualitate; ubi non dicitur per accidens, est terminus a quo, & tota forma quae est minor, est terminus ad quem, vel e converso, & tamen in illa tota forma, quae est major, potest esse illa res, quae est minor, sicut aliquid ejus.

Ad secundum, responsum quare. Nisi forte illa propositio prima sit falsa, scilicet, quaelibet pars rarioris, est rarior nisi loquendo de partibus secundum speciem, non secundum materiam: quomodo est illa propositio vera. 1. de *Generat.* quaelibet pars aucti est aucta, & tunc oportet dicere, quia rarefactio non est ad aliquam qualitatem uniformem in toto alterato, & in qualibet parte eius: sed sic rarefaciens de aliquibus partibus substantiae rarefactibilis generat aliqua corpora fluidiora, quam sit illud corpus rarefactibile; & ita quia non possunt esse simul cum aliis partibus adhuc remanentibus in specie sua (nam duo corpora non possunt esse simul) illa partes expellunt alias de loco suo, & per consequens totum corpus occupat locum majorem; & sic rarior esse nihil est aliud, quam habere plura corpora subtiliora paraxia secundum suam positionem cum partibus suis propriis: ita breviter, quod rarior est, quod habet corpora aliqua permixta subtiliora hoc modo cum partibus suis adhuc manentibus in propria forma. Nec mirum, quod aliqua partes possint prius converti in corpus subtilius, quam alia; quia aliqua sunt propinquoctes agenti, & citius recipiunt actionem ejus, quam alia.

Contra, aliqua statim in principio alterationis corruptentur, & sic nova generantur; & iterum ubique est subiectum illud alteratum uniformem. Et quod ita sit, hoc sensus dicit.

Ad primum istorum dico, quod non statim est corpus rarioris: quia rarietas major non accipitur, nisi ex occupatione majoris loci: non est autem major occupatio, antequam sit calefactio in aliquo gradu majori notabili. Ad secundum dico, quod nec sensus discernit in aere spiritus, vel vapores ab aere, & tamen spiritus, vel vapores in aere non sunt eisdem speciei cum aere.

Ad secundam rationem quare. Possit dici primo ad rationem negando suppositum, scilicet raritatem esse rationem majoris quantitatis, aut nova quantitatis superaddita, quia rarietas est intensio extensio, quae extensio modus est qualitatis. Vel aliter tenendo raritatem inferre majorem quantitatem. Cum dicitur quaelibet pars rarioris est rarior, concedo, igitur quaelibet pars est major, distinguo: aut secundum eandem quantitatem, nego autem secundum aliam & aliam, & sic concedo. Cum dicitur igitur quaelibet est quantitas duplici quantitate, scilicet nova, & praexistente, negatur. Et cum probatur, quia adveniente majori, minus non cedit; aut si major, & prima est, igitur dua. Dico praesuppositum esse falsum, quia quantitas est homogenea: igitur si unus, factus est duabus aquis simul junctis, non sunt dua, sed una est. Tamen prima responsio verior, ut patet in fine quaestioni respondendo ad tertium argumentum.

Z 4

Quaestio

Quantum ad secundam conclusionem istius opinionis, nisi est pos-
 situs fundamentale istius quaestiones; (quia ut dictum est prius, in ea
 est difficultas contra utramque opinionem, & ponentem totam quan-
 titatem novam, & ponentem eam novam secundam partem.) Arguo
 contra praedictam conclusionem, quae concedit motum ab agente,
 creato, & sine subiecto mobili, reducendo creationes, quas ipse ad-
 dicit contra se, & quas sibi tunc solvere. Primum quo ad primam de
 creatione sic, quod secundum se totum & totaliter producitur de
 non esse ad esse, vel creatur, vel saltem requirit virtutem aequalem
 virtuti creativae; sed haec quantitas non tota, & totaliter producitur
 ad esse per te: ergo &c. Major probatur primo, quia si totaliter
 produceretur post nihil, patet quod est creatio: si autem post aliquid,
 & tamen totaliter, hoc non potest esse, nisi per totum in quo nihil
 nec in illud: vel si singulis aliam modam, saltem ille transitus
 requirit aequalem virtutem activam sicut totalis conversio in hoc sed
 conversio totalis nisi non potest esse nisi a virtute aequali virtuti creati-
 vae. Secundo, & est confirmatio praecedentis, quia si A, succed-
 erit, B, non est alterius rationis secundum aliquid intersecum sibi
 propter hoc, quod succedit illi. Hoc probatur primo, quia quan-
 do succedens est; tunc non est illud, cui succedit; ergo propter il-
 lum non variatur succedens in se.

Secundo, quia ordo posterioris ad hoc vel hoc non videtur varia-
 re fundamentum ordinis in se: sed si, A nulli succederet, & haberet
 totale esse suum post non esse, crearetur, nec posset produci quomo-
 documque se totum & totaliter nisi a virtute infinita: ergo licet nunc
 succedat cuiquamque alteri, si tamen totum & totaliter produceretur
 cum sit terminus in se idem, sequitur quod requirit virtutem produ-
 ctivam aequalem. Si dicas, quod quia succedit illi non videtur re-
 quirere tanta virtus productiva: quanta requireretur si su cederet nihilo,
 vel negationi. Hoc non videtur probabile, quia terminus ad
 quem non requiritur aliam virtutem productivam, nisi propter aliam
 perfectionem in ipso termino produciendo, ergo si totum & totaliter
 produceretur post aliquid, vel non post aliquid, requiritur aequalis
 virtus. Quod confirmatur, quia habens in virtute sua aliqua aliam
 terminum totam & totaliter, potest illam in esse ponere, quando
 non impeditur: sed per hoc, quod non habet positivum, quod tota-
 liter transiret de esse ad non esse, non impeditur, quia fatuum
 est dicere; illud corruptivum esse impedimentum agentis: ergo
 nisi non habet aliquid tale destruentum, potest totum & totaliter
 effectum ponere in esse, & ita post nihil & per consequens creatur.
 Confirmatur ista ratio, quia si quantitas ista succederet suo contrariis,
 vel opposito, concederet eam creati: sed ita negatio eius includitur
 in quantitate praesistente, sicut includitur in contrario, si prece-
 deret: nam quodlibet impossibile simpliciter includit negationem
 sui in eo possibile, & nullo modo affirmacionem eius, nisi ratione
 subiecti communis, ista quantitates praecedens non magis habet subie-

ctam commune cum quantitate succedente, quam contrariis con-
 trario: ergo aequae sequitur modo ista quantitas negationem sui
 esse, sicut si praesentiter suam oppositam. Contra duo dicta in re-
 sponcione ad istam rationem. Primum est de illa vi remanens in ac-
 cidente. Contra quod arguo sic: Nihil positivum remanet in ac-
 cidente separato, quod non fuit in eo, u conjuncto: sed in conjunc-
 to non fuit aliqua vis, qua de ipso posset produci aliquid terminus ali-
 cujus transmutationis, sed tantum quod ipsum poterat esse alius ter-
 minus, & poterat produci de potentia subiecti: ergo in ipso separa-
 to non est aliqua vis per quam possit habere respectu alterationis, nisi
 tantum rationem terminum. Prima propositio, scilicet quod nihil positi-
 vum remanet in accidente separato est probata sup. dist. 11. q. 1. Aliud
 addit in responcione, quod si quantitas illa non habet habitudinem ad
 quantitatem priorem, vel praesistentem tunc proprie crearetur. Adde
 minoris est illa habitudo ad praesistentem non prohibet creationem
 istius: ergo ista creatur. Probatio minoris. Haec habitudo non est,
 nisi quaedam successio immediata effectus illius, sed successio
 talis non prohibet succedens creati. Et potest probari per exemplum,
 quia non est hic magis in mediata successio, quam esse animae ad or-
 ganizationem corporis, & tamen non negatur animam creati in or-
 ganizationem corporis, & nec hic. Ratio ibi est, quia anima accipit esse
 totaliter post non esse sui: & eadem ratio est in proposito, quia hic
 quantitas accipit totale esse post non esse sui. -- Utrum autem cum
 illo non esse praesentiter aliquid positivum, vel nihil, vel praesentiter
 contrarium, vel simile; nihil ad B, quia ibi idem sunt primi termini,
 qui creationis.

Deduco autem secundam rationem, ubi concedit, quod tandem
 manet Corpus Christi, quando manet accidentia, quae nata essent
 alicuius panem, si maneret, non praesentiter, quando hujusmodi ac-
 cidencia manent eadem numero.

Contra hoc, quia ista quantitas, quae succedit quantitati praesi-
 stenti non magis est eadem quantitati praesistenti, quam quaecumque
 alia in una alia hostia non confectata; immo minus est eadem, quia
 ista est incompossibilis illi in essendo, non sic illa; ergo non magis
 erit Corpus Christi sub ista nova quantitate, quam praefuit sub illa alia,
 quam erit sub quacumque alia quantitate, quae scilicet est aequae e-
 dem illi praesistenti.

Et si supras ad successione huius quantitates ad illam: arguo sic,
 sub nulla quantitate est Corpus Christi, nisi per conversionem, &
 confectationem, sed per conversionem, & confectationem non ac-
 cipit esse nisi sub illa quantitate, & illa est omnino alia, sicut quan-
 titas alterius hostiae non confectatae; ergo per illam conversionem,
 & confectationem non est sub illa quantitate; ergo nullo modo. Posset
 etiam argui per illud, quod adductum est contra priorem conclu-
 sionem per dicta opinantis, quod non diutius manet Corpus Christi
 sub specie panis, quam natus esset hic manere panis, qui conversus
 est; sed sub alia quantitate non maneret hic panis, qui conversus est.

si panis est hic per quantitatem: ergo &c. Contra tertiam responsio-
nem suam que concordat cum tertia ratione, quam adducit pro se
quo ad istam conclusionem, scilicet quod non est de essentia motus,
quod secundum eum aliquod subiectum aliter se habeat: non arguo,
quia conclusionem in se creto veram esse; sed ad propositum, quia
propter hoc concedit ipsum motum posse esse ab agente creato sine
subiecto, arguo sic. Agens creatum non potest causare accidens sine
subiecto in esse quieto: ergo a simili, vel a majori non potest causare
accidens in fluxu sine subiecto.

Per istud ergo respondeo ad rationes illas, quas adducit pro con-
clusionem secundam, quia prima ratio bene probat, quod Deus potest
facere formam in fluxu, vel in *sezi* sine subiecto, licet potest facere
eam in esse quieto sine subiecto, sed non sequitur, quod agens crea-
tum potest facere formam in fluxu sine subiecto: immo sequitur op-
positum, quia non potest facere formam quietam sine subiecto: cau-
sans autem motum effectivè causat formam in fluxu.

Secunda ratio, scilicet quod dat Deus accidens separatè, ut om-
nia possint sibi convenire, que possunt ei convenire in subiecto, con-
cludit oppositum: nam si in subiecto non possit sibi convenire, nisi tan-
tum quod esset terminus motus, ergo nullo modo potest sibi aliud
convenire extra subiectum, & sic oportet dare aliud aliud subie-
ctum motus, quia secundum ipsum, subiectum est aliud a termino
motus.

Tercia ratio sua, scilicet quod non est de essentia motus, quod
aliquod subiectum fluat secundum ipsum, bene probat, quod Deus
potest facere motum sine subiecto, licet non de agente creato; quia
non potest separatè quodcumque ab illo, quod non est de essentia
sua; immo sequitur oppositum secundum suam responsionem ad pri-
mam rationem: quia non potest magis separare a subiecto formam
in fluxu, quam in quieto esse, sed non potest creatura aliqua active
esse causa forme in esse quieto sine subiecto; ergo nec influxu. Con-
tra illud, quod ipse addit ad exponendum secundam conclusionem,
scilicet quod motus, qui est hic per se secundum qualitatem, non est
sine subiecto, licet illud quod concomitatur terminum per se hujus
motus, scilicet quantitas sit, sine subiecto.

Contra hoc sic. Tota raritas est primus terminus formalis motus
rarefactionis; illius autem subiectum est totum quantum: ergo illud
præsupponitur naturaliter isti termino: ergo non potest tantum per
accidens acquiri per hoc, quod tanta quantitas acquiritur; quia prius
naturaliter præsupponitur alterci, non solum acquiritur per hoc,
quod acquiritur posteriori naturaliter, immo prius præsupponitur iam
acquistum.

Ad questionem ergo respondeo, quod in Eucharistia manente po-
test intelligi quadruplex mutatio. Una secundum *abi*. Alia secundum
qualitatem, quam non concomitatur aliqua variatio secundum
quantitatem. Tertia secundum qualitatem, quam concomitatur va-
riatio secundum quantitatem. Quarta secundum quantitatem primo
De

De prima mutatione manifestum est, quomodo requirit eandem quan-
tatem manentem; sicut enim *abi* in esse quieto necessario est in
quanto, ut in subiecto, ita *abi* fluens necessario est in eodem, & re-
quirit idem quantum manens sub eodem termino. De secunda etiam
aliquis idem quantum manens sub eodem termino. De secunda etiam
est manifestum, quod ibi eandem quantitas manet, & idem potest in-
eundem commune opinionem esse subiectum illius alterationis, ut
sic quantitas fluens habeat idem pro subiecto, quod ponitur qualitas
manens habere, & talis in genere est, vel secundum figuram aliam,
& aliam, vel secundum qualitatem tertie speciei secundum omnes, &
minus, que variatio secundum magis, & minus non corrumpit ac-
cidens eucharistice, secundum quod sunt necessaria Eucharistia,
quia de variatione corruptiva dicitur in frequentibus. Sed de figura-
tionem alia, & alia videtur, quod corrumpit quantitatem secundum
illud Avic. v. *Metaph. sua*, quod dimensio alia, & alia requirit al-
iam, & aliam quantitatem: sed hoc videtur esse contra sensum,
quia nimis durum esset dicere, quod quoties figuratur aqua, aliter
& aliter in alio & alio vase, toties habet novam quantitatem sim-
pliciter manentibus partibus eisdem in se, & in toto. Figura ergo
non dicit ultra quantitatem, nisi relationem partium ad invicem,
vel terminorum inveniendum partes, hæc autem relatio mutari po-
test partibus inveniendis eisdem in se, & in toto.

De qualitate etiam tertie speciei ubi tamen in toto motu manet ca-
de in species, satis est manifestum, quod quantitas manet eadem.

Sed de tertia transmutatione, que est secundum rarum, & den-
sum, & de quarta videtur dubium. Brevis ergo ut prædictum est
ad propositum opinio communis, immo errans, dicens, quod ali-
qua quantitas est nova, scilicet rarisior, patitur eandem difficulta-
tem, quam & illa, que ponit totam quantitatem esse novam, nisi
tenetur ibi via tacta quod rarefactio est quedam juxtapositio corpo-
rum subtiliorum inter partes corporis grossioris: secundum autem
istam evadere difficultas, nisi quod difficile est videre, quomodo
hic potest penetrari ab igne, vel Sole corpus subtilius vire, & de hoc
est dicendum, sicut dicitur in *sequenti quæst.* Sed esse alia diffi-
cultas, que quantum cito rare fierent ille species, ita est ibi alia
substantia nova, & per consequens non ubique Corpus Christi. Mi-
litem etiam videtur, quod nulla substantia manens eadem omnino
possit transmutari a raro in densum, nec e converso. Sed quid ten-
dendo opinionem communem, quod ibi sit quantitas sine subiecto,
vel tota nova, vel non nova, non raro, poterit ne hoc esse ab agente
creato? Videtur quod non. Primo, quia quod immediate confectur
a Deo, non potest corrumpti ab agente creato, talia sunt hujus-
modi accidentia separata, & ideo non possunt corrumpti esse. Et
creatura, cujus ratio est, quia nulla causa creata potest habere virtu-
tem activam præminentem virtuti causæ conservantive illa in isto esse,
sed quantitas hæc habet esse supernaturalis, vel immediate a causa su-
pernaturali conservante: ergo &c.

Item, quantitas in subiecto non corrumpitur per contrarium, quia
nec

nec habet contrarium; ergo non nisi per defectum subjecti, vel alieni-
 jas necessario consequentem ad ipsam; sed non potest hic corrupti
 per defectum subjecti, quia est hic sine subjecto: nec secundo mo-
 do, quia nullum aliud accidens, quod sibi inest necessario consequi-
 tur ipsam. Si ergo quaras a qua causa inducitur quantitas na-
 va?

Respondeo, a solo Deo immediate, nec tamen novo miraculo,
 quia ex voluntate, qua disposuit Eucharistiam esse in Ecclesia, dispo-
 suit quod circa illas species presente activo naturali causaret talia
 transmutationem, qualem in substantiis concretis causaret spec-
 ierale, & hoc ne inierum hinc evacuaretur, si videremus species in-
 transmutabiles.

Hæc via non potest improbari per seipsum, quia salvat omnia que
 apparet sensui. Nec per rationem, quia si arguatur, quod aucter
 agenti naturali ipsam propriam actionem. Respondeo, non aucter
 eam, que potest sibi competere, scilicet, ut transmutet subjectum
 presens a forma in formam; sed negat sibi illam, que non potest sibi
 competere, scilicet transmutare, & non aliquid subiectum. Aliter
 dicitur, tenendo in isto membro opinionem communem, scilicet
 quod in rarefactione quantitas sit nova, non tota, sed pars in eodem
 subjecto, quod in quantitate, non in subiecto est motus rarefactio-
 nis, per quem per accidens est aliquis gradus quantitate novus, sed
 tamen sine subiecto. Nec est novum miraculo, quia quasi aggre-
 gatur illa nova pars quantitate præexistenti. Nec est novum miraculo
 aggregeratur quantitate separata habere similem modum in ef-
 fendo, vel separationem, sicut exemplariter de partibus carnis
 generatis ex nutrimento in Christo. Eodem enim miraculo, quo
 Verbum assumpsit humanam naturam, assumuntur ad unitatem per-
 sonalem partes carnis generate de nutrimento; ita hoc eodem mira-
 culo, quo facta est quantitas separata, factum est ut quicquid est
 pars ejusdem quantitate, sit similiter separatum. Contra hoc opi-
 mo, quia possit isti quantitate apponi alia quantitas, sicut si vinum
 non consecratum apponeretur specibus consecratis, & quantitas ap-
 posita non est sine subiecto, sicut illa cui apponitur. Nec ratio, hæc
 illa infulendo est ad propositum, quia illa partes generate de nutri-
 mento fuerunt partes, vel hinc aliquid totius assumpti a Verbo: sed
 illæ partes quantitate non inierunt, vel non sunt partes aliquid totius
 esse toti, sine novo miraculo: & quia licet pars accipiat simile
 parti sine novo miraculo: & quia tota trahit est per se terminus illius
 alterationis, nota illa habet pro suo proprio subiecto totam quan-
 titatem, sicut pars partem; ergo tota illa præsupponit quantitatem
 istam majorem: ergo & per consequens illa quantitas est prius natu-
 ralius major, quam illa rapita inducitur. Brevis est ergo quantum ad
 istam articulum, vel oportet tenere opinionem primam, quod quan-
 titas nullo modo est alia actione agentis creati, vel oportet dicere,
 quod agens creatum potest agere sine passio in quod agat. Sed primam

apparet aliquibus improbabiles secundum potest declarari aliter, scilicet
 quod agens creatum non requirit passum, nec aliqui supplet
 vicem passii. Et primo arguitur contra istud fundamentum, quia videtur de-
 struere fundamenta Philosophatur. 1. *Phy. de gener.* & alibi experientia
 non oportet aliquid idem subesse termino transmutationis: videtur
 etiam illa destruire, que apparet ad sensum: nam agens quod habet
 in virtute sua activa complete terminum, potest ponere illum in
 esse, si non impeditur: ergo agens creatum potest ponere terminum
 in esse sine quocumque passio, & sic potest facere accidentis sine sub-
 jectio, & formam substantialem sine materia, quod patet manifeste
 contra sensum: unde agens creatum propter duo requirit passum,
 scilicet propter se, ut agens passum est concursa cum agente creato, quia
 habet virtutem limitatam in agendo, & ideo requirit causam aliam,
 scilicet materialem concurrentem in fieri, propter effectum etiam
 quod est compositum ex materia, tanquam parte præexistente, &
 forma tanquam parte adveniente; ergo non ponetur agens creatum
 agere omnino sine materia, vel in se, vel in equivalente. Sed dicitur
 tur, quod primum supplet vicem subiecti in comparatione ad agens
 creatum, quod probatur, quia sicut potest implere vicem subiecti
 quantum ad esse quietum respectu accidentis; ita potest vicem sub-
 jecti supplet respectu agentis, quantum ad fieri effectus. Probatio,
 magis videtur requiri causa ad effectum, quam ad aliam causam ad
 causandum: subiectum autem respectu accidentis habet rationem
 cause, sed respectu agentis, & causantis accidenti habet rationem
 concause tantum; ergo &c. Ellet ergo modus iste hujus conclusionis,
 quod agens causatum non agit sine subiecto: vel in se, vel in aliquo
 suppleto vicem subiecti. Et in proposito, licet non sit subiectum in
 se, Deus tamen supplet vicem subiecti, id est causalitatem extrinse-
 cam que competere substantie si adesse, & hoc in quantum illa cau-
 sa extrinseca requiritur cum agente creato, ut concursa. Et hoc est
 possibile, sicut possibile est, quod Deus supplet vicem illius cause
 respectu effectus creati; non enim magis dependet causa a concursa,
 quam effectus causatus ab utraque causa. Sed contra hoc iterum ar-
 guitur, quia causalitas subiecti est receptio formæ, sed impossibile
 est Deum vel in se, vel in quocumque habere rationem receptivi for-
 mæ. Item, agens causatum si requirit passum, ut concursa, &
 hoc in ratione recipientis formam; ergo non potest agere sine tali
 passio sine novo miraculo; & ita iterum miraculo quod agat
 posito aliquo tali, quod supplet vicem subiecti; sed in a ditione mi-
 raculosa agens creatum non agit totum ex se; ergo oportet re-
 ducere in hoc, quod illa actio non sit ab agente creato. De qua-
 rita transmutatione, que est in quantitate secundum se, facilis
 est. Hic enim non est aliqua possibilis secundum augmentum,
 & diminutionem, quia non sunt species animæ, sed est hic
 possibilis secundum additionem, & ablationem: potest enim ista
 superficies dividi in partes, & potest hic aliquod apponi quantum.
 De divisione dico, quod non est proprie mutatio aliqua ejusdem sub-
 jecti,

positi, sed tantum est redutio partium in actu, quae prius erant in potentia in toto, hoc est indistincte, redutio, inquam, ad actum distinctum: qui prius erant in toto continuae, & ita quodam modo unum, & postea extra totum distinctivae. Si tamen quatuor substantiam hic in mutatione tali, quali. Respondens ipsi partes manentes secundum eandem entitatem positivam, licet non eum in illa praedicatione, quam intelligimus dicentes partem esse in actu, positum poni subiectum, quia secundum eandem entitatem positivam erant in toto, & postea extra totum: sed in toto habuerunt continuationem, quae prohibuit illam adualitatem includentem praedicationem: extra totum autem habent eam, ita quod partes transmutantur a forma ad privationem, & ita non est hic generatio, sed quasi corruptio sine generatione; quia illa entitas, quae nunc est utriusque partis positiva, totaliter praesult, licet non praesuret sub illa praedicatione, scilicet, non cum alio, sicut nunc est; illa autem entitas totius, quae praesult, non manet nunc. Patet ergo quomodo ista transmutatio non requirit quantitatem eandem manentem loquendo de identitate, quae est continuas, sed tamen requirit identitatem loquendo de quocunque positivo hic, & ibi, licet aliter se habeat. De appositione dico, quod possibile est aliquid quantum isti apponi, & ei continuari, & hoc nullo subiecto manente eodem, nisi forte istis partibus continuatis, ut praedictum est in divisione, & sic quantitas erit eadem, non solum identitate continuationis, sed etiam eadem identitate positiva, quae praedicit continuatam, quae scilicet est in hac, & similiter in illa, sive continentur, sive distinctivae. Et haec difficultas communis est cuiusque unius sive divisioni. Si enim vel divisio, vel unio est transmutatio, & quae eius substantiam, nihil commune manet, nisi entitates partium distinctarum, vel uniarum: & illa entitas, quando est unio facta, habet aliquid quo carere, quando est divisio, scilicet habitudinem unitorum, vel continuationem eorum, loquendo de quantis: & ita illa transmutatio universaliter in divisione est privativa, in continuatione vero positiva. Et si arguas, si aliquid quantum apponitur illi, & sit istis speciei communitum; ergo est idem terminus auctorum; aut ergo ille terminus est in subiecto aut sine subiecto: Respondentem quare.

Dicitur quod Corpus Christi non est sub aliquo indivisibili, nec sub aliquo quod non est pars illius: ideo ille terminus, aut linea, cum non sit pars illius: quantum non se tenet ex parte eius: quod est sine subiecto. Si dicat non est maior ratio, quod se tenet ex parte huius, quam illius. Negatur, quia illa linea est in subiecto, cum non sit pars illius totius. Posset etiam dici, licet minus probabiliter, quod fractio, seu divisio partium quantitatis, non est nisi quidam motus localis, & est subiective in ipsi latu: & tunc oportet dicere e converso, quod continuatio non est nisi quaedam latio: quae latio non facit continuationem, sed conjugitatem.

Ad arguenda principalia. Ad primum dico, quod non est de esse.

fontia motus, quod sit talis vel talis entis; nec mutationis, quod nec aliquid aliter se habeat: sicut nec de essentia albedinis est, quod sit aliquid habentis albedinem: sed sicut forma aliqua in esse quoto essentialiter est in se talis, licet nullus sit nec inordinabilis: ita motus essentialiter est actualis quaedam potentialis, ut ita dicam, & mutatio est quaedam aliter habito, licet nullus deominati ab hoc vel ab illa. Ad secundum dico, quod sicut Philosophus concessit necessarium esse subiectum in mutatione, vel motu, quod subiectum praediceret terminum ipsam, & esset pars totalis terminus, ita dixit compositum esse totalem terminum ipsius productionis; sed apud nos antecedens non est omnino necessarium. Ad tertium patet, quod aliquis transmutatio alia, quam secundum augmentum, vel diminutionem potest esse circa quae mutatur, ut divisio, & continuatio, & hoc secundum se: rarefactio autem & condensatio secundum accedens, & per consequens licet illa species non possint augeri, nec minui proprie loquendo; tamen possunt a quantitate minoris ad quantitatem majorem transmutari: & e converso.

QUESTIO V.

Virum possibile sit circa Eucharistiam fieri transmutationem aliquam corruptivam illorum accidentium?

Videtur quod non. Forma est simplex invariabilis essentia constituta lib. 6. principiorum. Item Boet. de Triad. Forma simplex subiectum esse non potest. Item, materia est, quae potest esse & non esse 7. Met. Ex his omnibus habetur, quod simplex ad minus forma non potest corrupti: sed accidens separatum in Eucharistia est forma simplex isto modo; ergo &c. Item, si corruptum erit, aut in substantiam, aut in aliud accedens, aut in nihil: quia tunc creatura annihilaretur: non in accedens, quia nihil creatura causet accidens sine subiecto: nec in substantiam, quia ex accidente non potest fieri substantia: ergo &c. Contra, illa accidentia possunt frangi, dari, & digeri, & patet ad sententiam, & probatur ex quadam gloria 1. Cor. 12. Nutritivum autem convertitur in substantiam reintegranda: ergo &c.

Hic dicitur, quod esse subsistent quod manentibus accidentibus convenit est conformis illi formae, quum prius substantia panis habuerit: & ideo esse in quo dimensiones subsistunt, tollitur eisdem passivibus: quibus tolleret substantia panis existens ibi: & propter hoc eodem modo corrumpuntur accidentia remanentia, sicut prius poterant corrupti. Prius autem poterant corrupti dupliciter; uno modo manente substantia panis, alio modo per corruptionem substantiae, quae contingit ex transmutatione accidentium; quia sicut generatio est terminus alterationis, ita & corruptio: & ex parte eorum quantitatis, quia cum unaquaque res habeat quantitatem determinatam, in eam potest fieri divisio, quod species non remanebit. In hac ergo Sacramenta aliqua transmutatione facta, adhuc manet

illud